


CONCLVSIONVM VTRIVSQVE IVRIS, ET REGVLARVM,

Cum Ampliationibus (vt vocant) & limitationibus, nec non & Communium Opinionum Libri ſex,

Addito vno in hac ſecunda editione.

AVCTORE IACOBO Philippo Portio Imolenſi, Iuriſcon. celeberrimo.

ADIECTVS EST ELENCHVS Concluſionum, & Regularum, Item & Index locupletiſſimus.



Cum Priuilegio ſummi Pontificis, ac Senatus Veneti.



VENETIIS,
Ad Candentis Salamandræ inſignie. 1569.


CONCLVSIONVM
VTRIVSQVE IVRIS,
ET REGVLARVM,

Cum Ampliationibus (vt vocant) & limitatio-
nibus, nec non & Communium
Opinionum Libri sex,

Addito vno in hac secunda editione.

AVCTORE IACOBO
Philippo Portio Imolensi,
Iurisconsulto celeberrimo.


ADIECTVS EST ELENCHVS
*Conclusionum, & Regularum, item &
Index locupletissimus.*



Cum Priuilegio summi Pontificis, ac Senatus Veneti.



VENETIIS,
Ad Candentis Salamandrae insigne. 1569.



PIVS PP. V.



OTV PROprio &c. Cum, ſicut accepimus, Dilectus filius Damianus Zenarus, Venetus bibliopola nobis exponi fecerit, quòd ad communem omnium ſtudioſorum vtilitatem ſua propria impenſa, & induſtria Conſilia Iacobi Philippi Portij, Iuriſconſulti Imolenſis, necnon eiuſdem Regu-

 las,

las, Communes opiniones, & conclu ſiones. Item opus vulgari idiomate inſcriptum, le impreſe del S. Ieronimo Ruſcelli, tam cum figuris, quàm ſine, & tam Italico, quàm alio quocunque ſermone imprimi facere intendat, dubitetq́ue ne huiuſmodi opera poſtmodum ab alijs, ſine eius licentia imprimantur: quod in maximum illius prę-iudicium tẽderet. Nos propterea eius indemnitati conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia eidem Damiano, ne prædicta opera hactenus ab alio non impreſſa, dummodo per inquiſitores illarum partium viſa, & approbata fuerint, per decennium, a quocunque ſine ipſius Damiani licentia imprimi, aut ab alijs vendi, ſiue in ebrum apothecis, aut aliàs venalia, prę terquàm ab illo, cui dictus Damianus

opera

opera huiuſmodi imprimenda com-
miſerit & licentiam dederit, teneri aut
haberi poſsint; concedimus, & indul-
gemus. Inhibentes omnibus & ſingu-
lis Chriſti fidelibus tam in Italia, quàm
extra exiſtentibus, præſertim bibliopo
lis, & librorum impreſſoribus, ſub ex-
communicationis latæ ſententiæ; in
terris vero S. Rom. Eccleſiæ mediatè
tè & immediatè ſubiectis, etiam tre-
centorum ducatorum auri de came-
ra pro vna cameræ Apoſtolicæ, pro
alia accuſatori, pro tertia ipſi Damia-
no irremiſsibiliter applicandorum, &
amiſsionis librorum pœnis, toties ip-
ſo facto, & abſque alia declaratione
incurrendis, quoties cōtrauentum fue
rit, ne intra prædictum decennium
dicta opera, & libros, ſine eiuſdem Da
miani licentia imprimere, aut alias vt

 ſupra

ſupra tenere audeant. Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicarijs in ſpiritualibus, & in ſtatu Rom. Eccleſię Legatis Vicelegatis, & Gubernatoribus, vt quoties pro ipſius Damiani parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Damiano efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes præmiſſa, ad omnem illius, & pro eo agentis requiſitionem contra innobedientes, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & per alia iuris remedia auctoritate apoſtolica exequantur, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſecularis. Et inſuper, quia difficile foret præſentem Motum proprium ad quælibet loca deferri volumus, & apoſtolica auctoritate decernimus ipſius tranſumptis, vel exem-

plis

plis, etiam in ipsis operibus impressis, plenam, & à data presentium eandem prorsus fidem vbique in iudicio & extra haberi, quæ præsenti originali haberetur, & vt eadem per breue nostrum expediri possint.

Fiat vt petitur M.

Datum Romæ Apud Sanctum Marcū Pridie Kal. Septembr. Anno Primo.

1566. 23. *Marzo nel Senato.*



He per autthorita di questo conseglio sia concesso al fidel nostro Damian Zenar, che altri che lui ò chi hauerà causa da lui non possa per lo spacio di anni 20. prossimi futuri stampar in questa città, ne in altra città, o luogo nostro, ne altroue stampati in esso uender li conségli in iure, & regole dell'Imola sotto pena di perder i libri, & di pagar duc. cinquecento à chi contrafacesse, da esser diuisa, un terzo all'Arsenal, uno al Magistrato, che farà l'essecutione, & l'altro all'accusator. essendo obligato il predetto supplicante di osseruar quanto è disposto per le leggi nostre in materia di stampe.

Laur. Massa Secret.



ILLVSTR. ET REVER. COMITI MARCO ANTONIO TVRRIANO IVRISCONSVLTO, ET ECCLESIAE VERONENSIS *Præpoſito, domino ſuo.*

Michael Portius. S.



EMPER ingrati animi crimen horrui, in quo uitio, MARCE ANTONI TVRRIANE, Præſul dignißime, nihil mali non ineſſe, Cicero memoriȩ prodidit. Propterea qui beneficium accipit, adeò oportere arbitror, omni tempore meminiſſe; vt nulla vmquàm rȩs aut ætas illius memoriam tollere uel imminuere poſsit. Hinc omnibus horis mihi curæ fuit, vt ſi qua facultate aliquando ualeam, gratißimum erga te animum meum

meum probarem tantisque tuis beneficijs affectus, saltem aliqua ex parte satisfacerem. Et cùm vellem, vt lege tenebar, IACOBI PHILIPPI PORTII fratris mei locubrationes non nullas in iure Ciuili in publicum edere, cuius memoriam non sine acerbissimo animi sensu & dolore mente repeto; vir enim optimus erat, qui, ut nouerant omnes, in legali philosophia ueteres æmulabatur Iurisconsultos; tu primus Illustr. TVRRIANE inter omnes Patronus & defensor, cui dicarem, occurristi. Debebam (fateor) hoc ipse, cùm tantùm debere sentiam, quantùm persoluere difficile sit. debebat & frater meus, si uita uiueret, qui adeò te uirtute plurimùm præstantem semper admiratus est, semperque amauit, ut quem putem conferendum, habeam neminem. Et illud, vt cætera præte ream, silentio non inuoluam charitatis & beneuolentiæ uestigium, scilicèt illachrymasse præ gaudio, cùm te prudenter ac doctè disserentem in Collegio Patauino, toto orbe terrarum celeberrimo tot coram Iurisconsultis audiret, quando pro Laurea in iure Pontificio & Cæsareo obtinenda ingenii tui vim, quæ summa fuit, ostendisti. Qui eo iudicio atque memoria lætissimo illo die iura, & quæ etiam mirè interpretum fatigarunt ingenia, prorsus enodasti, ut omnes in tui admiratio-

nem

nem raperentur . enim uerò , ſic grauiter dixiſti atque probè , eoque ordine , ſplendore, ea denique ſublimitate , nec minus politè & eleganter meditata , quàm ſubita proferendo , ut non ſolùm inſignibus , ac diplomate, una ſententia (vt par erat) te ornare , dignitateque augere , verum etiam laudare, & amare contigerit. Et ſi iucunditate ob tam excellentem honoris gradum adeptum tunc affectus fuiſti , frater meus , tuusque præceptor letitia geſtiens , animo ſic exultauit , ut totus alacer hilarisque uideretur . quem tu pari officio vnicè dilexiſti , ac Doctorem , cùm ob ſingularem eius eruditionem , tùm ob morum ſanctitatem ſemper habuiſti præcipuum. Cognoueras enim multa bene nata ingenia perire uitio inſtituentium : & non minus intereſſe, ut eſt apud Plinium, quos aſciueris præceptores , quàm quòd nacti ſimus parentes. non ab re , extremum licèt egerit uitæ diem , illius tamen memoriæ non te cœpit obliuio: cùm nulla prætereat dies , quin nomen ſuum apud probatiſsimos viros extollas atque celebres. Sed eſto , Clariſsime TVRRIANE, hæc (& ſi uerisſima) in cauſſa non eſſe , ut hoſce fratris libros nomini tuo conſecrarem ; cui melius quàm tibi uiro uel tribus ſæculis digno nuncupare meritò ac iure potuiſſem ? quo'ue meliore loco rem collocare ,


quàm

quàm in quo nunc ſita eſt, quiſquam, licèt omnium mortalium ſapientiſsimus, valuiſſet? Etenim defenſor acerrimus es, & amicorum ſupraquàm credibile eſt, propugnator optimus; ac in iuris diuini humaniq; intelligentia, atque omni prudentię genere adeò pręſtans, ut de te illud, quod de Carneade dici poſsit: qui nullã vnquàm rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnauit, quam non euerterit. idcircò nullus erit, niſi dementia eum teneret, qui te Patrono aduerſus fratris mei litterarum monumenta baccharetur. Quotiens hæc ratione animoq; lustrabam, & nominis tui amplitudinem, à quibus etiam parentibus ortum habeat, eò magis in mea ſententia conſtabam. Nemo certè neſcius eſt, Maiores tuos ne dum litterarum ſcientia, & eloquendi elegantia ornatos, ſed clariſsimos Heroos, ſummoq; in honore ſemper fuiſſe: & militari laude adeò antecellentes, ut præſtantiſsimorum gloriam & æquarint, & exceſſerint. qui multa & præclara pugnantes trophea ſtatuerunt, & ſupremis tituiis immortalitatem ſibi compararunt. nempe ex annalium uetuſtate eruitur memoria nobilitatis familiæ tuæ, & certius ipſa hiſtoria teſtimonium neutiquam inueniri poteſt, quæ teſtis eſt temporum, uita memoriæ, & nuncia uetuſtatis. Sed hoc unum, ut miſſa faciam cætera, tacitus, nullo modo præterire poſſum; Maiores tuos, Mediolani, quæ ciuitas eſt præclariſsima, & Italiæ

liæ decus & ornamentum, habuiſſe dominatum & principatum; ac Inſubres, alioſque populos quondam iuſtas leges ab eis recepiſſe. Sed quoniam non eſt hic locus maieſtatem ſuperiorum tuorum factaq; illuſtria & glorioſa enarrare, ac eorum etiam noſtra quos alit ætas dignitate præſtantium, quos enumerare magnum eſſet, ita ſunt multi, poſtremum calculum adiiciam. maximè, cùm tu non modò generoſa de ſtirpe, ſed etiam propria uirtute ac probitate, quæ uera laus eſt, gloriari iurè poteris. in quo tanta rerum gerendarum recta prudensq; extat inquiſitio, & cum pietate & religione uoluntas propenſa, ut ſis nemini ſecundus quod præ oculos habens optimus ille PIVS Pontifex Max. eius nominis iiij. te ſua ſponte in numerum aſciuit Referendariorum (vt uocant) vtriuſque Signaturæ. Nec ſatis eſſe hoc putauit, niſi te apud Iapygios ex grauibus caſsis miſiſſet Oratorem; ubi ex ſententia ſic confeciſti negocium, ut res omnium conſenſione laudaretur. Poſtremò, ne exequar omnia, magni ponderis cauſſam illam decimarum totius ditionis & imperij excelſæ Reipub. Venete tibi, nonnullisq; aliis Illuſtriſsimis & Reuerendiſsimis demandauit: demandatamq;, poſtquam ille ab hominibus demigrauit, confirmandam PIVS v. Pontifex Max. verè quidem pius, integer & ſanctus, curauit. quam prouinciam quanta integritate & innocentia per biennium egiſti, & hoc

etiam

etiam tempore tractas, uerbis nequaquam complecti possum. nam, sic summis laudibus in cœlum extolleris, ut res omnibus maximam admirationem moueat. Sed quia superuacaneum puto in eo laudando sumere operam, quem uno ore omnes prædicant; præsertim, cùm mea non suppetat facultas, ideo colligam vela. & munus nostrum qualecunque sit, fronte tranquilla & serena suscipias rogo atque obsecro: præceptorisque tui scripta à blateronibus inuidisque defendas. Vale.



IACOBI PHLIIPPI PORTII FOROCORNELIENSIS,

IVRISCONSVLTI ERVDITISSIMI ELOQVENTISSIMIQVE

CONCLVSIONVM VTRIVSQVE

Iuris, & Regularum cum ampliationibus (ut vocant) ac limitationibus, nec non & Communium opinionum libri ſex.

CONCLVSIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Clauſula ex certa ſcientia an actum inualidũ confirmet, deq; ipſius vi atque efficacia.



LAVSVLA Ex certa ſcientia confirmat actum inualidum. Bart. in l. ſi conſtet. ff. de appel. Pariſ. conſi. iii. col. v. uol. 4. Gramm. conſi. ciuili. c. col. ii. & conſi. 122, Item actum nullum. Deci. in conſil. 516. colum ii. & in conſi. 34. colum. j. Alex. in conſ. i. col. ii. uol. v. Guido Papę i cōſi. ccv. & in ſing. vii. Alex. in conſi. 79. colum. v. vol. i. Brunus in

tractatu de forma fo.lxxxix.col.ii.etiam quòd confirmatio esset generalis,ut per Dec.in d.consi. cccccxvi.col.iii. Et statuta etiam in iusta,ut per Alex.in cons. xli.in.fin. uol.v.& Ioan.Ant.Alex.in cons.xvi.Et in præiudicium iuris alieni.ut per Alex.in consi.cxvi.uol.vi. in fi.

Contrarium uoluit ipsemet Alex.in consi.lii.col.fin. uol.vii.Ioan.uerò Antonius Alex.in consi.xvi.tenet primam opinionem,& Alex.in consi.ci.col.vi.uolum.i.Sed uide eundem qui loquitur cum grano salis in consi.i.colum.xi.uolum.v.

Secundò clausula ex certa scientia idē importat quod de plenitudine potestatis.Bal.in l.eos.C.de appellat.Deci.in consi.cccccxvi.col.ii.Abb.in c.at hęc, per glo.ibi.de rescrip.& in c.cum inter.col.i.de excep. & ibi Fel.col.iii. & Abb.in c.cum olim,colum.vi.de re iud. Rom.in cons. ccclxix.in v.dubio.Dec.in consi.cxci.colum.ii.& in cons. cccxli.col.ii.Corn.in consi.cxci.vol.i. col.i.Alex.in cons. xvi.col.pe.uol.i.& in consi.cccxii.uol.iiii.col.fi.& in cōsi. i.col.ii.uol.v.& in consi.cxxi.col.vii. Fel. in c.cum inter, col.iii.de excep.Alex.in consi.xcii.col.vii.uol.vi.Barbat. in consi. xxvi.nu. 4. vol.ii.& in consi.xxvii.col. i. uol.ii. Soc.in cōsi.clvi.col.ii.& in cōs.clxiiii.col.iiij.Corn.in cōs. cccxiii.col.iii.uol.iiii.Ias.in consi.lvi.col.ii uol.i.Frā.Curti.in consi.i.col.viii.Alex.in consi. ccxvi.colū. v.uolu.iii. Alex.in consi.xvi.col.x.uol.v.Pari.consi.i.col.vii.uolu.i. & in consi.xv.col.x.uol.ii.ubi ponit quando est apposita clausula motus proprij, & de plenitudine potestatis, & consi.iii.col.x.uol. iiii. Tamen plus operatur clausula de plenitudine potestatis, quam clausula de certa scientia, ut notat Fel.in c.nonnulli,col.xx.de rescrip. ita ꝙ posset forsan argui a clausula ex certa scientia affirmatiuè ad clausulam de plenitudine potestatis,sed non econtrà Staphyil.de liter.grat.& iust.char.83.& seq.Bertrand.in consi.ccxcvii.col.iii.uol.iii.Ru.in cōsi.ccxxix.col.i.uol.i. Et de clausula de plenitudine potestatis uide Paris.in cōsi.ii.col.pe.uol.i.

Tertiò,clausula ex certa scientia,operatur etiā in tollen-

lendo ius quęſitum.Paul.de Caſt.in conſi.incip. Donatio prędicta.Ioan. de Ana. in conſi. lxxxi. Viſo inſtrumento.col.fi.Alex.in conſi.ccxv.incip.Nec arguendi.colum.vi.uol.ii.Dec.in conſi.cxci.col.i.& cccxli.col.i.Soci. in conſi.cclxxii.col.pen.Corn.in conſi.lxxxiii.col.pe.uolu.iiii.Fran.Curt.in conſi.clxxiiii.col.ii.Corn.in conſili. clxxxix.co.ii.uol.iiii.Fel.in c.nōnulli,col.xix.de reſcrip. Staph. de lit.grat. & iuſt. char.85.Gozad.in conſ.viii. col.viii.& in conſi.ix.col.vii.& in conſi.xiiii.col.iii.& col. fi. Gram.conſi.ciui.viii.col.iii.

Contrarium tenet Aretinus in c.cauſam,col.iii de teſtib.Franc.Curt.in conſi.clxx.col. vi. Soci.in conſi.lxiii. col.iii.& in conſi.cxx.col.iiii.uol.iii.Pariſ.in conſi.i.colū. xiii.in fi.uolum.i.& in conſi.xi.colum.pe.uolu.i.in cōſil. lxxxii.col.viii.uolu.i.

Contrarium uolunt Dec.in conſi.Dcvi. col. fi.Goza. in conſi.lxii.col.iii.& fi. Limita hoc ultimum,ut per eūdem Gozadinum in conſi.v.col.iiii.in fi.Gram.conſi.ciui.xcix.col.ii.Concorda ex mente Afflicti ſuper conſtitutione fo.259.col.i.& ſeq.Maria.Iun.in conſi lxxvii.colū.xxiii.Operatur etiam in præiudicium tertii. Rui.cōſ. clxxv.col.pe.uol.i.& conſi.ccxxix.col.i.uol.i.

Declara ut per Rui.in conſi.xii.col.vii.uol.iii.Limita ut per Rui.conſi.lxxxvi.col.iiii.uol.v.Soc.inter.conſilio Rui.lxxi.col.ii.in ſubſcriptione, ubi dicit quòd non operatur,ſi eſt notabile præiudicium partis,uolu. iii.Gram. deciſio.cv.nu.1.& ſeq.

Quartò,clauſula ex certa ſcientia, non requirit partis citationem.Roman.in conſi.clxix.in v.dubio.Dec.in conſi.cxci.col.ii.Abb.in c.cum olim,col.v.de re iud.Soc. in conſi.clvi.col.ii.Feli. in capitul.ex parte,columη.xxi. de reſcript.

Contrarium Soc.in conſi.cclxiiii.colum. iiii. Alexan. in conſi.lii.col.ii.in fi.uol.vii.Pro prima opinione facit, quod notat Soc.in tract.citation.colum.lvi.in xlvii.caſu Pro ſecunda facit,quia ſi,clauſula ex certa ſcientia æquiparatur clauſulę de plenitudine poteſtatis, vt dictū eſt

ſupra,clauſula de plenitudine poteſtatis non requirit ci tationem partis,Imol.in c.in noſtra,col.viii. poſt Innoc. & Hoſtien.de procur.Fel.in c.quæ in eccleſiarũ, col.24. de conſtitu.Alex.in conſi.xcii.col.pe.uolu.vi.& in conſ. xi.uolu.vii.Declarat ut per Soc.in conſi.cclxvi.colũ.xxi. Barbat.in conſi.xxvii.num.20.uolu.iiii.tenet quòd clau ſula ex certa ſcientia,requirat citationem partis, & Frã. Curt.Iun.in conſi.clxx.col.vi.

Quintò, clauſula ex certa ſcientia,operatur quòd ua leat delegatio Papæ facta non exiſtenti in dignitate.Lã frã.in c.quoniam contra, ver. hic tractabimus materiam ſententiarum,colum.ii.

Sextò,clauſula ex certa ſcientia,facit quòd præſumatur cauſa in principe concedente gratiam parte non citata. Abb.in c.cum olim,de re iud.& regulariter hoc.

Septimò, clauſula ex certa ſciẽtia, facit prȩſumi cauſam.Corn.in conſi.clxxxix.col.ii.uol.iiii.

Octauò clauſula ex certa ſcientia appoſita in confirmatione Papȩ facta ad ſtatuta facit etiam, vt ſtatuta diſponentia in materia iuramenti, cenſeatur confirmata Alex.in conſi.xviii.col.pen.uol.vi.& confirmatio ex cer ta ſcientia extendit diſpoſitionem.Alexan.in conſi.cxx. colum.penultim.

Nonò,per clauſulam ex certa ſcientia, confirmantur ſtatuta ſuper rebus clericorum.Innoc. in c.i.de tranſac. Abb.in conſi. 41.uol. j.

Decimò,clauſula ex certa ſcientia operatur,ut non ſit neceſſarium apponere clauſulam non obſtante. Bald.in l.idem uult.§.ſunt alij.ff.de excuſ.tut. gloſſ.in l.final.C. ſi contra ius uel vtil. publ.Guido Papæ in conſilio. ccv. Curt.Iun.in conſi.clvii.colum.4.Soc.in conſi.iii.colũ.iii. uolu.iii.ubi ampliat.Fel.in.c.nonnulli,col.15. & colum, 19.& ſeq.de reſcrip.Felin.in capit.cum inter,colũ.iiii.de excep.Beltrand.in conſi.125.column. iii.volu.ii.Guido Papȩ in ſingu.7.Felin.in cap.nonnulli.§. ſunt & alij.col. 15.de reſcrip.& in reſcripto contra ius ponit Gomeſ.in c.i.char.69.de cõſt. in vi.Et quando utraque apponitur

clauſula, vide Gozad.in conſi.62.col.ii.Rui.conſ.60.col. pe.vol.j.& conſi.196 col.iij uol.j.

Contrarium Ruin.conſi.109.col. iii. uolu. iii. Immo habet vim ſpecialis derogationis.Soc.in conſi.43.columna ii.uolum.iii.Guid.Papæ in conſi.65. & in conſi. 178. & in ſingu.7. Quod intellige, quando tractatur de modico prȩiuditio, ſecus ſi de magno. Alexand.in l.iii.§.ſi is qui.ff.quod quiſque iur.Ioan.Crot.in c.i.col. ii. de conſtit.in 6.& ſeq.Milis in ſuo repert.in verbo ſcientia certa. Alex.in conſi.111.uol.vi.col.ii.Alex. in conſi.215.uolum. vii.Areti. qui ſublimitat in conſi.15.col.3.& ſequē. Curt.Iun.in conſi.clvii.col.v. vide omnino Felin. in ca. nonnulli.§.ſunt & alij.colum.15.& ſeq.&colum.9. Frā. Curt.in conſi.clvii.colum.v.Rip.declarat. in ca.cum M. colum.4.de conſtitu.Ruin. conſi.163.colum. 7.uol.v.& ad eundem effectum operatur etiam in reſcriptum contra ius.Gomeſ.in c.j.char.59.de conſtitu. in vi. Felin.in c. cum.inter, colum.4.de excep.& quando vtraque clauſula, ex certa ſcientia, & non obſtante, apponitur, uide Gozad.in conſi.62.col.ii. Declarat ut per Afflict. ſuper conſt.fo.137.col.iii.

Vndecimò, clauſula ex certa ſciētia, præſumitur facta in cauſa habili, Alex.in conſi.120.colum.fi.uolumin.iiii.

Duodecimò, clauſula ex certa ſcientia, facit, quòd quanuis ſit adiecta clauſula quatenus poſsideatis, uel ſimilis clauſula, non ſtat conditio naturaliter, ſed cauſatiuè.Alexan.in conſi.16.uol.v.col.pe.& ſeq.

Decimotertiò, clauſula ex certa ſcientia tollit vitium ſubreptionis.not.glo.in c.iii.de fil.prȩsb. Rot. deciſion. 329. Milis in uerb. Scientia certa. ubi etiam quòd tollit defectum intentionis.Alex.in conſi. 116.in fin.uolumi. vi.Corn.in conſi.313.colum.iii.uolu.v.Franc.Curt.uolumin.i.colum.8.Gozad.in conſi.62.colum.ii.& in conſili.71.colum.fi.Pariſ.in conſi.j.col. 10.uol.iiii.& conſi.v. col.9.uolum.iiii.

Contrarium, quòd clauſula ex certa ſcientia, non tollit ſubreptionem & obreptionem, nec operetur quò ad

ea quæ quis probare tenetur. Rip. in vi. respons. in. iiii. co lum. & seq. lib. ii.

Decimoquartò, clausula ex certa scientia habet effectum clausulæ pro expressis. Oldrad. in consi. cclvii. col. v. & dicit Alex. in consi. cxi. uol. vi. col. ii. ubi dicit, quòd stante clausula ex certa scientia, non potest dici quòd nō fuerit in specie derogatū Barbat. in cons. xxxiiii. col. vii. uol. ii. Ioan. Ant. Alex. in consi. xvi.

Decimoquintò, clausula ex certa scientia facit, ut concessio non extinguatur morte. Imo. in c. pe. de cōfir. uti. uel inuti. Decis. Neap. cxxviii.

Decimosextò, clausula ex certa scientia habet effectū clausulę motu proprio. gl. in c. statutum. §. i. in gl. in uer. literarum in fi. de rescrip. in vi. per Dec. in consi. cxxxvii. col. i. Soc. in consi. iii. col. iii. uolu. iii.

Decimoseptimò, clausula ex certa scientia habet conditionem, si principalis dispositio sit uera. Brun. in cons. xii. col. xxvi.

Decimooctauò clausula ex certa scientia, facit, quòd non liceat dubitari de eo quod Papa asseruit. Alex. in cō si. ccxvi. aliàs ccxvii. col. v. uol. ii. quia dicitur informatus Alex. in consi. xv. col. ii. uolum. v. Felin. in cap. nonnulli, col. xvi. in §. sunt & alij. de rescrip. & Afflict. super consti tu. fol. cclix. col. i. & seq. ubi limitat, Grammat. cons. 100. colum. i. & seq.

Decimononò, clausula ex certa scientia facit, quòd ualeat impetratio rescripti facta per alium sine mandato. Cano. in capitul. nonnulli. §. sunt & alii, de rescript. ubi Felin. colum. xv.

Vigesimò, clausula ex certa scientia tolli omne obstaculum iudicis. Fel. loco proximè citato.

Vigesimo primò, clausula ex certa scientia supplet solemnitates, & non potest contra illud opponi, quod princeps facit ex certa scientia. Guid. Papæ singu. vii. Maria. Iun. in consi. lxv. col. iiii.

Vigesimo secundò, clausula ex certa scientia operatur, ut si pars petat, si ita est, & princeps rescribat cōcedę

do

do ex certa ſcientia, uidetur informatus. Loffred.in conſilio viii.colum.xi.

Vigeſimo tertiò, clauſula ex certa ſcientia facit, ut nõ poſsit in dubium reuocari quod a principe fuit conceſſum. Bal.in l.fi.col.ii.uerſ. ſed contra hoc oppono. Grat. in conſi.ix.col.ix. Gram.conſi.ciui.viii.col. ii. & conſilio xcix.col.iii.& conſi. 100.col.i.& ſeq.

Vigeſimo quartò, clauſula ex certa ſcientia, appoſita in confirmatione, operatur, ut non ſit neceſſe quòd conſtet de confirmato. Ruin. conſi lxxxi. col.ii.uol.i.

Vigeſimo quinto, clauſula ex certa ſcientia, confirmat auget, & extendit Ruin. conſi. lxxvii.col.ii.uol.iii.

Verũ, & ſi (ut prædixi,) multos effectus operetur dicta clauſula, tamen in multis nequaquam operatur, nec aliquid, nõ obſtante ipſius appoſitione ſuppletur.

Et primò, clauſula ex certa ſcientia, non ſupplet defectus ſubſtantialium ſolemnitatum. Rot.in nou.deciſio. ccxxx. Declara, ut per Brun.in conſi.lxxxvii.col.iiii.Fel. in c.ex parte, col.xxi.de reſcrip.

Secundò, clauſula ex certa ſcientia, non operatur in ignorantis. Paul.de Caſtr.in conſi.lxxxiiii.in ii. uol.& in conſi.cxxv.in ii.part. Idem in his quę princeps pręſumitur ignorare. Deci.in conſi.cxcviii.colum. pen. Socin. conſi.clxiiii.col.iiii.in fin. Gozad.in conſi.v.col.iiii.& nõ operatur in his, quę ſunt facti, quia non præſumitur illorum habere ſcientiam. Deci.in conſi.ccccxliii. colũ.ii. & fi. Brun.in conſi.xii.col.xxvi. Bal.in l.fina. col.final.C. de fruct.& lit.expenſ. Soc.in conſi.cxx.col.iiii.uolum.iii. Alex.in conſi.cxx.col.fin.uolu.iiii. Rip. in viii.reſpon.colum.iii.lib.iii. Gomes.in cap.i.char.60.de conſtitu.in vi. Deci.in conſi. Dcvj.col.fi.& in conſi.cxcviii.colum. pen. Alex.in conſi.ccxv.uolum.vii. Fran.in conſi.clxx.col.vi. Alex.in conſi.xxiii.colum.fi.uol.v. Barba.in conſi.xxiiii. num.14.uolu.ii. Lanfr.in c.quoniam contra.in uerſi.hic tractabimus materiam ſententiarum, col. ii. Barbat. in conſi.xxvii.uolum.iiii.nu.20. Corn.in conſ.clxxxix.colum.iii.uol.iiii. Iaſ.in conſ.xii.col.fin.uolu. iii. & in conſilio

sil.cxix.col.fin.volu.iiij. Alexan.in consi.cxxv.col. finali uolu.iiij. Felin.in cap.cum inter, de except.colum. iij. Alex.in consi. lij.col.iii.vol.vii. Barbat.in consi.xl.nume.10.uolu. iiii.& in consi.lv. col.iiii. uolu.iiii. Beltran. in consi.cx, colum. iii.in fin.uolu.iii. Afflict.super constitu.fol.108.colum.i. & fol.ccxxxvii.colũ.iii.& fol.259. col.ii.Paris.consi.i.col. xiii. & sequẽ.& consi.xi. col.pen. uolu.i.& in consi.iii.colũ.fi.uol.ii.& consi.iii.colum.viii. uolu.iiii. Maria.Soc. Iun. in consi. lxxvii.col. xv.in fin. Ruin.consi.lx.col.pen.uol.i.& consi.ccxv. col.fi.uolum. i.& consi.xii.col.vii.uolu.iii.Soc.inter consi.Ruin. lxxi. col.ii.in subscriptione uolu.iii. Ruin.consi.xcvii. colum. ii.penult.& fin.uolu.iii.& consi.xcviii.col.x. uolum. iiii. & in consi.cix.col.v.uol. eod.Gramm.decis.ciii.nu.241. & decis.cv.nu.3.

Sed contrarium quòd Clausula ex certa scientia operetur in his, quæ sunt facti, uidentur uelle Ioann.Andr. & alij in capi.fin.ut lit. pend. Milis in uerb.Gratia non potest dici,& in uerbo Scientia certa. Barbat. in consilio 49.num.5.uolumin. 4. sentit Staphil. de lit.grat.& iust. char. 84.nam uolunt, quòd collatio benefitij litigiosi facta ex certa scientia per Papam ualeat: quia, cùm sit facta ex certa scientia, dicitur, Papam habuisse notitiam litis. Alexan.in consi.92.colum.pen.volu.vj. Limita tamẽ & declara primam opinionem, vt per Alex. in consil.iij. colum.ij.uolum.6.primam opinionem tenet Ias.in consi.10.uolumin.ij.

Tertiò, clausula ex certa scientia, non operatur, quando non pręcessit causæ cognitio, secundum Soc.in consil.164.colum.iij.in fin.per not.per me in c.j.de transact. & per Specu.in tit.de deleg.§.Nunc ostendendum,uer. 18.Soc.in consi.164.colum. 3.in fin. & per Alexand.in consi.121.in 4.uol.colum.antepe.& col.vii.& viij. & colũ. pen. Milis in verb.Scientia certa.Brun. colum. 26.in consi.12.Fran.Curt.in consi.142.in iij. colum. & in cõs. 170.col.6.Zas.in cons.x.uol.ij.Gozad.in consi.v.colum. 4.in fin.& dicit Paris.in consili.15.columm.i.in fi.volu.i.

ubi

vbi etiam ſentit, quòd ſit neceſſe, quòd exprimatur: vt idem Pariſ.in conſi.106.col.i.vol.iii. Grat. in conſil. 47. col.i.vol.i.& conſi.98.col.x. vol.iiii. Contrarium Ruin. conſi.lxxv.col.vii.vol.iii.

Quartò, clauſula ex certa ſcientia, nō operatur vbi eſt duplex defectus. Io. Crot.in c.i.col.antep. de cōſti.in vi.

Quintò, clauſula ex certa ſcientia, nō operatur, quòd à iudice dato cum tali clauſula non poſsit appellari.glo. in verb.dignus.17.q 4.

Sextò, clauſula ex certa ſcientia, non eſt talis efficaciæ quod non poſsit probari contrariū. Feli.in c.ſi quando, col.i.de reſcript.

Septimò, clauſula ex certa ſcientia, nō tollit defectus naturales. Feli.in c.cum inter, vol.iii.de except.

Octauò, ſcientia certa debet probari. Inno.in c.porrecta, & ibi Doct.de confir.vti.vel inut. Soc.in conſil.260. col.i.Limita vt per Aret.in conſ.8.col.i.& ſeq.

Nonò, ſcientia certa pōt probari, vt quia ſit expreſſa clauſula ex certa ſcientia, vt not.gl.in d.c.ſtatutū, in ver. literarum, de reſcrip.in vi. vide.Dominic.in c.i.col.vi.de confir.in vi.& per Abb.Felin.& Deci.in c.cum inter, de excep.Afflict.ſuper conſtitu.fol. 259.col.i. Pariſ.conſ.3. col.v.vol.iiii.

Decimò, clauſula ex certa ſciētia, nō operatur, vbi cōſtat rē aliter ſe habere.idē Pariſ. conſ.3. col.viii. vol.iiii.

Vndecimò, clauſula ev certa ſcientia, non operatur, quando ſubſtantia conceſsionis eſt ſubreptitia. Pariſ.cōſil.3.col.viii.vol.iiii.

Duodecimò, clauſula ex certa ſcientia in priuilegiis appoſita, non facit, vt operetur contra ius commune. Mant.conſi.98.col.ii.

Tertiodecimò, clauſula ex certa ſcientia, non ampliat gratiam. Ruin.conſi.60.col.pen.vol.i.

Quartodecimò, clauſula ex certa ſcientia, non operatur, niſi quò ad expreſſa. Ruin.conſil.60.col.pen.volu.i. Clauſula ex certa ſcientia, non operatur in tollendo defectus ſubſtantiales. Ruin.conſil.111.col.v. volu.iiii.

De

De Clausula ex certa scientia cum clausula supplentes omnes & singulos defectus iuris naturalis, vide per Rebuf.in pract.fol.278. Vel quando exprimuntur verba priuilegii cui intendit papa derogare, vt in c.penult. de confir.vtil.vel inuti. Alexan.consi.38.col.antepenul. vol.4. Afflict. super constit.fol.259.colum.1. Paris. consil.3.col.v.vol.iiii. Vel quando dicit se fecisse cum causæ cognitione, gl.in c.i.in verbo de quæstione, de confirm. vti.vel inut. Vel quando est narratus tenor actus.glo.in c.pastoralis.§.præterea, super verb. Ex certa scientia. de offic.deleg. Alex.in cons.11.vol.vii. Afflict. super constitut.fol.259 col.1.Paris.consil.3.col.v.vol.iiii. Ruin.consil.196.col.iii.vol.i.

Per testes probatur certa scientia. Rot. in nou. decis. 332.Roman.in consil.327. Afflict. super constitut. fol. 259.col.i.Marian.Iun.in consi.65.col.xiiii.Franc.in cap. si motu proprio, nume.4.de præben. in vi. Gomes.in c. statutum, nume.11.de rescript.in vi.Oldrad.consi.129. in princ.& 330.colum.ii.& 331.in princip. Feli.in c.cum inter, col.ii.& sequen.de except.& ibi Dec.decis. Neapo. 253.nume.8.in antiq.Staph.de lit.grat. & iust. char.84. versic.immo volunt aliqui. Ias.in l. si quis iniquum. ff. quod quisque iur.

Contrarium, glo.in c.statutum, in verbo literas, de rescrip.in vi.Socin.in consil.59.in fin.Hippolyt.in rub.de probatio.col.vii.Ias.in l.si quis iniquum. ff.quod quisq; iur.Alexan.in consil.11.vol.vii.col.i.Feli.& Dec.in cap. cum inter, de except. vbi Felin. col.i. & seq. vel quando pars fuit presens, & contradixit. Alexan. cons.121.in ii. volum.colum.penult.vel quando secunda iussio intercedit.Bald.in l.nec damnosa. C.de precib. Imper. offer. Milis in verbo gratia non potest dici.vide Aret.in consil.8.colum.i.& col.fin. Afflict. super consti.fol.259.col.i. Vel probatur, quando est apposita clausula non obstante, vt per Alex.in consi.219.vol.vi.col.ii. Vel quando ex serie concessionis constet de certa scientia, vt per Aret. in consil.58.col.iii. Albert.Bru.in consil.i.col.x.& Alex.

in

in conſil.38.colum.penul.vol.iiii.ponit,quando dicatur factum ex certa ſcientia, in dubio præſumitur confirmare ex certa ſcientia. Alexan.in conſi.219.in ii.col.vol.vi. Deci.in l.more.col.iiii. ff.de iuriſd. omn. iud. Aret. in l. quod Seruius.ff.de acquiren.hæred. Alex.in cõſ.i.col.x. volum.v.

Quintodecimò,clauſula ex certa ſcientia in contractibus operatur,quòd ceſſet præſumptio erroris,& præſumatur ſcientia. Bar.in l.ſi dari. ff. de verbo. obligatio. Alex.in l.ſed & ſi quis.§.fina.ff.ſi quis caut.& in l.ſi dari.quod non habet locum in muliere ſecundum Firmia. in repertorio in verb.Ex certa ſcientia.verſi.11.per conſil.Pauli de Caſtr.in conſil.411.in i.vol.Alexan.in conſil.14.colum.vi.volum.vi.Alexan.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbo.obligat.Soc.in conſil. 214. in v.colũ. in fin.in l.i.colum.i.ff.de condi.indeb.Iaſ.in colum.ii.in d.l.fin.§.idem quæſiit.ff.de condi.indeb.Soc.in conſ.79. col.vi.vol.iiii.

Sextodecimo,clauſula ex certa ſcientia in contractibus nõ operatur quominus poſsit probari error: vt per Angel.Fulg.& Alex.in d.l.ſed & ſi quis.§.fina.ff.ſi quis caut.vide omnino Soc.in conſi.159.col.vii. ſecus ſi prædictæ clauſulæ eſſet adiecta alia.ſ.ſciens ſe ad infraſcripta non teneri,quia tunc, vt dicit Alexan. non admitteret probationem erroris; vt per Alexand. in dicto §. & tunc cenſetur velle donare, vt per Alexan.in conſi.157. volum.vi.

Decimoſeptimò,clauſula ex certa ſcientia in contractibus tollit condictionem indebiti, vt per Bart.in l.fin. §.idem quæſiit,col.i.ff.de cond.indeb.in verſ.per hoc puto.vide Soc.in conſi.79.col.vi.vol.iiii.

Decimooctauò,clauſula ex certa ſcientia in contractibus,non operatur,quãdo contrahit minor, etiam quòd iuret.Ruin.conſi.95.col.pen.vol.v.

CON-

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Rebellio, seu læsæ Maiestatis crimẽ, an requirat sententiam: vtrumve ante condemnationem quispiam rebellis, aut perduellio dici queat.



EBELLIO ꝙ requirat sententiam, & nõ ante quis dicatur rebellis, quàm fuerit cõdemnatus, tenuit Pau. de Cast. in cõs. 212. omisso ordine, in vlt. col. in fin. in ii. part. Contrariũ tenuit Corn. in cons. 96. vol. 4. & in cons. 312. col. vi. vol. i. Soc. in cõs. 22. col. iii. pro qua opinione videtur esse casus in extrauag. quoniã nuper, in tit. qui sint rebel. vide Curt. in tract. feu. in 4. par. col. 77. & considerabam, opinionẽ concordari posse hoc modo, dicendo, ꝙ aut loquimur in sententia condemnatoria, & illa non requiratur, & ita procedat opinio Corn. & tex. in extrauag. quoniam nuper. aut loquimur in sententia declaratoria, & illa requiratur, & ita procedat opinio Pauli de Cast. & sentit Alex. in cõs. 95. vol. vii. quòd etiam in crimine læsæ Maiestatis requiratur sententia, vide Soc. in cõs. 22. col. 3. & ꝙ in crimine læsæ maiest. requiratur sententia declaratoria ponit decis. Neap. 162. in iiii. difficul. in nouis, & in fin. decis. dicit in rebellione requiri declaratoriã, & ꝙ requiratur declaratoria in crimine rebellionis, Paris. in cõs. i. vol. i. col. iiii. & col. vi. vbi limitat. Nam in quibuscunq; criminibus etiã in iis, quæ ipso iure, operatur; tamen requiritur sententia declaratoria. tex. est in cap. cum secundum, in fin. de hęret. in vi. Io. And. in c. i. de homic. in nouel. est materia de qua Felin. amplè loquitur in c. Rodulphus. 22. col. de rescrip. & ꝙ sententia declaratoria saltem requiratur, fuit de mente Bald. in consi. 96. in iii. vol. in l. i. §. i. ff. de capit. diminut.

nut.Cuman in consil.11.Alexan.in consi.103.col.pen. in fin.volum.i. Gramm.decis.15. & bene facit text.in l. amissione.§.qui deficiunt.ff.de capit.dimi. ibi,quos Senatus hostes iudicauit. Idem Deci.in c.sanè.colum.ii.in 4.notab.de offic.deleg.Corn.in consi.104. vol.i. Calcã. in consil.51.colum.iii. Iasi.in consil.21.colum.penultim. volumin.iii. sed in consil. cccccxliiii.colum.i. non determinat Deci.

Fallit, si periculum esset in mora: quia tunc non seruatur ordo iuris. Petr.de Ancha.in consi.277.col.iiii. & seq.in vlt. dubio. Item fallit in rebellione notoria facti permanentis, vt per Socinum in consil. 22. colum.iii. in fin.& sequent. Gramma decis.105.nume.13.& sequen. Item fallit, si sit inchoatus processus, licèt sententia nõdum fuerit lata. Bartol.in tracta.de Tyran. colum. pen. Item declara alio modo, vt per Gramma.decis.105.nume.55.& 56.

Rebellis amittit ipso iure ea, quę sunt iuris ciuilis, sed antequàm sit condemnatus, si iurisdictione vtatur, valent gesta per eum; quia quanuis iurisdictionem, prout est iuris ciuilis, ipso iure amittat, quia tamen remanet potestas regia, quæ est iuris gentium, in cuius locũ successit iurisdictio, interim valent gesta per eum: per l.Barbarius.ff.de offic.prætor.ita concludit Bar. in extrauag. quoniam nuper, in verb. rebellando, circa med. Alex.in consi.13.col.ii.vol.vi. Et vasallus propter culpam, non priuatur feudo, nisi per sententiam. Alex.in cons.30.volum.vi. nisi in certis casibus traditis per Baldum in capit.i.§.calidis. de prohib. feud. alien. per Feder. & per Alexand. in consil.92. colum.4.in fin.& sequen. vol.vi. Paris.in consil. 101. colum.15.volu.i. & requiritur sententia condemnatoria, vt in decis.Neap.162. in iiii.difficul.in nouiss.

CON-

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Iuramentum an hæredes afficiat, ad ipsosq; transeat.



IVRAMENTVM ex parte iurātis est personale, ita quòd non transit ad hæredes. Inno. in c. veritatis, de iureiur. Quod intellige quò ad vinculum periurii, vt dicit Bald. in l. etiam, in fin. de iureiur. Paris. in cons. 75. col. penult. vol. 3. Cassiador. decis. ii. de iureiur. Sed quò ad hoc vt efficacia inducta à iuramento transeat in quemcunque successorem, in hoc iuramentū non est personale: vt declarat Pau. de Cast. in l. si grege. ff. de leg. 1. & Feder. de Sen. in consi. 281. Ant. de Butr. in consil. 59. per Alexand. in consi. 7. vol. vi. colum. ii. & in consil. 26. in fin. volum. 7. Bald. qui notabiliter declarat in authen. sacramenta puberum, colum. fin. in fin. C. si aduers. vendit. & ibi Paul. de Castr. colum. i. & idem Bald. in repe. l. iurisiurandum. ff. de iureiur. colum. 31. Soc. in consi. 77. col. fina. & in cons 79. in fi. Corn. in consi. 112. volu. 4. & in consi. 287. col. i. vol. 4. Ias. in consi. 76. colum. 1. volu. 1. Brun. in consi. 110. colū. 7. Cæpo. in cons. 8. & consi. 30. col. 3. idem in consi. ciui. 66. col. 7. Soc. in consi. 4. col. 1. vol. 3. Guid. Papæ quæstio. 414. decisio. Neap. 381. Cassa. in consi. 47. colum. 7. Felin. in cap. cum sit generale, col. 6. de for. comp. Guid. Papę in sing. 345. & seq. & sing. 376. Gomes. in §. actiones, colum. 3. insti. de action. Nisel. concordia 147. Deci. in consilio 638. Loffred. in consi. 23. col. 2. Paris. in consi. 54. col. 2. volumi. 1. & col. penul. & consi. 16 colum. 24. volumi. 2. in consi. 75. col. 1. volu. 3. Maria. Iun. consi. 67. col. 5. vol. 2. Ruin. consi. 195. col. pen. vol. 1. Gramm. consi. ciui. 100. col. 8.

col.8.Et facit, nam hæres tenetur seruare iuramentum defuncti,vt per Paul.de Cast. in consi.384.in 2.vol.

Item,quantum ad hoc,vt si contractus erat alias inualidus, sed principaliter obstabat iuramentum, ita ꝙ tenebatur petere absolutionem à iuramento, iuramẽtũ non transit in hęredem,quia ipse hęres nõ cogitur petere absolutionẽ à iuramento vt per Alexã.in consi. 129. col.fi.vol.6.& in cõs.151.col.pe.vol.7. Soc.in cons. 115. col.4.& vide declarationẽ Mariani.in c.cum sit generale,col.8. de foro.compten.Ruin.consi. 107.col.4.vol.1. Soc.aliter declarat,& est notabilis declaratio, si est vera in consi.38.vol.4.Limita,vt per Gomes.in §. actiones, col.3.Insti. de action.Amplia, vt iuramentum sit personale,etiam ex parte illius cui præstatur.Felin.in c.1.colum.10. de iur.iuran.

Contrarium, Calcan.consi. 25.col. pen.Vide Afflict. super constitu.fol.331.col. 1. Et nota, quia pro periurio commisso in persona actoris, non accusat hæres. decis. Neap.75.in nou.Afflict. super const.fol.331. col.1.

Limita, quando contractus super quo iuratur, esset nullus.Rom.in consi. 107.col.3.vol.1.

CONCLVSIO IIII.

ARGVMENTVM.

Exceptionem loci non tuti proponere nequaquam potest, qui mandatum non habet.



EXCEPTIO loci nõ tuti proponi non potest per excusatorem nõ habentem mandatum,hoc voluit Bar.in l. pen. §. ad crimen,in pen.col.in 2. casu suæ distinct.videlicet in casu probabilium excusationũ. ff.de accusat.& sequitur Anton.de But. Abb. & Henr. Buych.in c.veniẽs,de accusat.Angel.in l.seruũ quoque. §.publice.

§.publicè.ff.de procurat.& ipsemet Angel. in sua disputatio.incip.Bononiensis, in vltimo casu dicit istam opinionem seruandam in iudicando.Istam etiam opinion. Bartol.tenet Anto.de Canario in tract. de excusat.in i. colum.in fin.cum sequen.Salicet.in l.reos, colum.vj.de accusat.Benedict.de Plumb.in repeti.d.§.ad crimen.nec videtur aduersari huic opinioni dictum Innoc.in c. veniens,qui simpliciter dicit,ꝙ in excusatione facti admittitur excusator sine mãdato: quia intelligi debet in excusationibus facti præcisi, secundum quòd declarat Bartol.in dicto § ad crimen. qui non contradicit intentioni Innocent.sed clarius illam declarant hoc Imol. Salicet.& Angel.in dicto §.reos, scilicet dictum Innoc.concordare cum opinione Bart.& Abb. in cap.veniens,idẽ dicit,& ego dico quòd de necessitate dictum Innocentii debet intelligi in necessaria excusatione,& meri facti, & non in ea, in qua concurrit iuris ministerium, prout est illa exceptio loci non tuti, quæ est facti,in hoc scilicet quòd locus non sit tutus, sed in ea operatur iuris ministerium in hoc quòd citatus ad locum non tutum,nõ teneatur comparere in loco non tuto.per l. de ætate. ff. ad Trebellian.cap.accedens.il ii.vt lit.non contest.aliàs sequeretur, quòd exceptio iudicis incompetentis, & excommunicati posset opponi per non habentem mandatum : quia istæ exceptiones sunt facti, in hoc quòd quis sit incompetens iudex vel excommunicatus.Sed in eis operatur iuris ministerium, vt quis non teneatur coram eis comparere, & tamen nullus potest dicere, Inno.asserere quòd exceptiones declinatorias quis proponat per excusatorem sine mandato.immò ipse Inno. contrarium dicit, quòd exceptiones iuris non proponit quis sine mandato.& exemplificat in his declaratoriis. est verum quòd contra opinionem Barto. tenuit Bald. in l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iudi.& Ang.col.i. Imol. colum.xv. & seq.idem in d.cap.veniens,volu.iii.Philip. Franc.in cap.ex parte,colum.pen.de appellat. Angel.in disput.incip.Bononiensis,in vlt.artic. Marian.Soci.in d. c.veniens.

c.ueniens col.xxxvii. & seq. & ibi Aret.col.ix.& seq.Io. de Ana.in col.ii.Ioan. Franc.de S. Nazar.in tract. pest. fo.xxviii.col.i.

Et tenentes partem istā contra Bar.limitant,nisi per sona citata ad locum non tutum posse uenire bene socia ta, ita quòd excluderet omnem suspitionem loci non tu ti.nam tunc non posset allegare excusationem loci non tuti per excusatorem sine mandato. & ita saluat opinio nem Bar.isto casu Imo.in d.c.ueniens,& ibi Io.de Ana. col.ii.licet etiam in isto casu contrarium teneat Marian. in d.c.ueniens,col.xxxvii. & seq.

Limita etiam in causa electionis,& matrimoniali,quæ desiderant celeritatem c.quoniam frequenter. §.porro, ut lit.non contest.nam tunc etiam in proponenda excu satione necessaria, non admittitur excusator sine māda to:ut est tex.in c.currentes.§.quòd si per uiginti.de ele- ctio.in vi.iuncta glos.ibi in uerbo ad præmissa, & iuncta glo.in uerbo iusta causa,cessante impedimento. nā text. uult,quòd quantuncunque impeditus personaliter ue- nire,si tamen non taliter sit impeditus,quòd posit pro curatorem constituere,tunc & ad causam,& ad excusa- tiones proponendas tenetur procuratorem cōstituere.

CONCLVSIO
Et Regula V.

ARGVMENTVM.

Testis vnus regulariter non probat, fallit ta- men multifariam multisque modis.



Nus testis regulariter non probat plene c.licet,c.ueniens,de testib.ca. iuris iuran- di,eo.titu.& testimonium unius nec iusti ficat,nec condemnat.c. admonere. xxxiii. q.ii.Etiam si esset Senator.cap. in nomine Domini,de testib.Ias.in l.si quando.C. unde ui. colū.iii.

Etiam si sumus in compromisso, quia nō potest uni testi fidem adhiberi. Nec etiam si causa sit commissa cū scientia alicuius: ut per Alex. in consi. ccix. col. fi. uo. vi. Etiam si iudicandum sit inspecta ueritate & æquitate: ut per Corn. in consi. clxv. uolu. iiii.

Amplia, quia nec etiam constitutione induci potest: quod stetur dicto unius partis in præiudicium alterius. Afflict. in consti. Regni quæst. xii. Nec Papa nec princeps potest hoc disponere, c. indicas per manum. iii. q. x. Rom. in sing. DCCXXVIII. Deci. in c. i. col. i. de fid. instr. Potest tamen princeps uel communitas non recognoscens superiorem statuere, quòd uni testi personæ certæ & graui & in dignitate constitutæ credatur. per tex. in c. quicunque. xi. q. i. secundum Innocen. in c. nuper, de testib. & ponit Rom. in sing. ccclxiii. idem voluit Soc. in consi. cclxvi. in xiiii. col. in uer. confirmantur præmissa. Deci. in c. veniens, col. v. de testib. Est verum, quòd Felin. in ca. constitutus. in vii. col. nu. xvi. de rescript. tenet quòd Papa non possit facere, ꝙ stetur dicto vnius. & allegat sing. Rom. DCCXXVIII. Sed Roma. ibi & tex. in cap. indicas per manum. loquitur, ut uni parti non sit credendum in preiudicium alterius, & ita melius declarat idem Felin. in c. ueniens, col. fi. de testib. Abb. in cap. nuper, de testib. & ibi Felin. col. i. & Abb. in c. sicut, de probat. & in c. cùm à nobis, de testib. Iaso. in l. admonendi, col. lxxx. de iureiur. in repeti. potest tamen hoc fieri partium conuentione. Dec. in c. ii. col. iii. de fide instrum. & pōt fieri consuetudine, ut per Ricard. in l. fi. col. xl. de consuetud. Et potest disponere Papa uel Imperator quòd scripturæ non auctenticę præstetur fides. Felin. in c. i. col. i. de fid. instrum. Sed non potest statuto uel consuetudine induci, quòd indifferenter stetur dicto unius testis, etiā contra usurarium, ut tenet Feder. de Sen. in consi. xvi. & per Ang. in disputatione incip. Astensis, in xv. colū. & seq. per Ias. in repeti. l. admonendi, char. xx. de iureiurā. Contrariū Alex. in consi. clxxxviii. uol. vii. col. i. & seq.

Amplia, ut nō credatur, etiam asserenti se scripsisse de

mandato

mandato alterius, tunc illi soli non creditur: Hippol.in sing. cccclxx. Amplia, etiam si sit Cardinalis. Fel. in c. quod super his, colum.iiii.de fid.instru. Amplia, etiam si producatur ab uno contra illum, solus non probat. Cassan.in consi.liiii.col.ii.& in consi.cxlvi.col.iii.

Contrarium, Maria.Iunior in consi. lxix.col.iii. uide Paris.in consi. lxxxviii. col.ij. uol. iii. & Aymo tenet in consi. xcix. col. i.in fi. Contrarium & in consi. cxxxiiii. col.iii. Aymo in consi. clxxxviii.col. ii. Maria. Iun. cōs. clxxviii. col. fi.uol.ii. declarata,ut per Aymon. de antiquit.temp.nu.cvii. & clvii.

Cautelam quando nō habet nisi unum testem, ponit Girald.enunciato lxx ix.ad istam regulam & fallentiam uide remissiuè p Cassanæum in cōsuetud.fo.lxxxi.col.i.

Limita primò,quādo nemini nocet dispositio, & alteri prodest,ut puta, quòd quis sit baptizatus,quòd ecclesia sit consecrata, quòd quis sit clericus.c.cum itaque.c. paruulis, de consecr. distinct. iiii. glo. in c. licèt uniuersis.glo.fin.de testib.glo.in c.nuper,in uerbo numerus,de testib. Spec.in tit. de testib. in ix.& xvi.fall. Bal. in d.c. nuper. ad idem est glo.in c. placuit de instantibus, de cō secratio. dist. iiii.& ii.qō. iiii.in summa, & in cap. tanta. lxxxvi.distinct. & in c.quanto, & ibi Dominicus ii.q.v. ponit Petr. Gerar.de Petrasancta in sing. xlix. Felin.in c.ueniens.col.vii.in fi.de testi.Ias.in Repeti. l. admonédi. col. lxxxvi.de iureiur.& in l.rescripta,colum.ii.C. de prec. imp. offerend. & in consi.lxxvii.uol.iii.& in consi. cxx.co.i.uol.iiii.Hipp.in l.i.§.idē Cornelio.ff.de qō.Fel. in c.licet uniuersis,i fi.de testib.Rebuff.in trac.nominat. fol.clxvii.Cassanæ. in consuet. fol.lxxii.col.i. Affl. super consti.fol.xxviii.col.i. Idem est in probanda confessione & absolutione ab excommunicatione. per Calder.in c.i.in tit.de testib.per Fel.in c.ueniens, col. fin. de accusatio.per Hippoly.in l.i.§. si quis ultrò.col.fin.ff. de qō.

Limita,quando unus testis deponit de facto proprio, tunc statur dicto unius testis tantum,secundum Paul.de Cast.in l. quicunque.C. de ser.fugi. & idem Paul.in l.si

debitori,in fin.ff.de nouat.Salicet.in l si quis Decurio,in iiii. opposit.C.de fals.& Paul.de Castr.in consi.cix.uolu mi.ii.& per Deci.in consi.lvi.col.ii.& in consi. Dcl.col.ii. & in c. ueniens,in fin.de testib.& per Soc.in consi.vii.uo lu.iiii.Alexan.in consi.cxcvii.uolu.vii.col.fin.Soc.in con si.xxviii.col.ii.uolu.iii.Hippol.in pract.§. Diligenter,co lum.xxiii.Soci.in reg.ccccxxiii.in ult.fall. Gramm. in cõ si.xiii.col.iii.& in consi.viii.columm.ii.& seq.Cassanæ.in consuet.fol.lxxxi.col.i.Ioann.Crot.in tract.de testib.in vi.parte princ.Hippoly.in l.i.§.si serui, in primo notab. ff.de quæstio.Zas.in consi.xix.uolu.i.& in consi. ii.uolu. ii.Grat.in consi.clii.col.ii.uolu.ii.qui declarat. Et in spectantibus ad eius officium creditur officiali deputato. Ruin.consi.lvi col.iii.uolu.i.& consi.xxxii.col.fin.uolu. iiii.& quòd credatur alicui de commissione sibi facta idẽ Ruin.consi.lvi.col.iiii.uolu.v.Sed contrarium tenet Alexan.in l.ii.§.si absens.ff.si ex noxal.cau.aga. Alexand.& Ias.in l.nec is.col.ii.& seq.ff.de acquir.hæred. Ias.in l.ad monendi,in lectura col.xxii.de iureiur. in l.cum filius familias in vi.col.ff.de uer.oblig.& Alexan.diffusè consili. cxcii.col.iii.uol.vi.Ruin.consi.xix.col.ii.uol.v.Tiraque. de retract.fol.cxxvi.& Maria.Iun. in consi. lxii.tenet ꝙ dictum illius talis uidetur non sufficere, nisi alia inditia ueritatis cõcurrant A imo in consi. lxxii.col.vii.tenet sibi credi, sed non facere plenã fidem.& in cõs.clxxviii.co lum.iii.Grat.in consi.clii.col.ii.uolu.ii.Boer. decis.ccxxi. colum.fina. ubi dicit istam ✠ communem. In spectantibus ad eius officium creditur officiali deputato. Ruin. consi.lvi.col.iii.uolu.i.Rebuff.in l.ii.col. i. uersi.secundò aduerte.C.de ponderibus & or. illat. libr. x. Grammat. consi.crimin.xiii.nu.xiii.& consi. ciu. xxiiii.colũ. ii. uide Ruin.in consi.xxxii.col.fi.uolu.iiii.Quid autem si deponeret de cõmissione sibi facta,uide Alex.in cõs.lxxxviii. col.pen.uol.v.

Amplia, ut etiam testis infamis & alias inhabilis probet, quando deponit de facto proprio. Paul. de Castr. in l.secũda. §.si habens. ff.si ex nox.cau. Deci.in consili.

ccclxiii.

cccLxiii.columna prima.

Limita,quando ſumus in cauſis poſſeſsionis ſeu modici præiudicii,quia in illis ſufficit probatio per unũ teſtẽ. Doct.in auth. niſi breuiores.C.de ſen.ex peric. recit.per Mathæſ.in ſingu.ſuo i.& ii.

Item probat contra corrumpentem eo caſu quo quis uoluit corrumpere teſtem pecunia ne contra eum deponeret.quia ſi hoc atteſtetur,hoc probat contra ipſum:ut per Fel.in c.licet cauſam.col.v.de probat.per Hipp.in ſingu.cxii.& in conſi.lxi.col.pe.nu xxxii.in l.i.§.ſed ſi quis col.i.ff.de falſ.Deci in c.i.col.ii.de teſt.Roman.in ſingul. cccxxx.Ioan.de Ana.in c.i.col.iii. de crimine falſ. & hoc procedit,ut probet in negotio principali. ita loquuntur Doct.præallegati. Licet cõtrarium in hoc uoluerit Grã. uoto xi.nu.10.cum ſeq. & probat etiam corruptionem, & ita loquitur Bal.in c.i.de teſtib.cog.& ibi Fel. col. i. in fi.Gram.d.uoto xi.nu.2.& cõſ.ciui.lxxii. Quid in eo qui aſſerit ſe tuliſſe falſum teſtimonium ad inſtantiam alicuius? Maria.Iun.conſi.xxxix.col.vi.& ſeq.uol. ii.Ruin.cõſi.xv.col.fi.uol.v.Bero.q.lvi.quem omnino uide.Quando difficile immo fere impoſsibile eſt habere plures teſtes,tunc unus ſufficit.Doct.in l.i.§.fi.ff. de uerb.obliga. Hipp. in l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſt. col xxxii.uer. Et reſpondendo dictis.

Fallit,quando ſacerdos fide dignus dicit ſeu aſſerit habuiſſe licentiam a confitente reuelandi eius confeſsionem,quia tunc ſtatur eius dicto. Lap.alleg. xciiii.incip. Mulier in confeſsione.Felin.in c.ueniens, in ix.col.de teſtib.Hipp.in d.l.ſi quis ne quæſtio col.xxxii.Felin.in ca. nemo,de ſimon.& uoluit Feli.in d.c.ueniens, ex mente Archid.in c.ipſi Apoſtoli.vii. q.ii. quòd debet deponere iuratus.Hippo.in d.l.ſi quis ne quæſtio, columu. xxxii. Fallit,ubi ageretur de recognoſcenda ſcriptura notarii, quę, ſi habeat ſua ſubſtantialia poteſt per ipſummet notarium recognoſci.l.ſi quis Decurio.C. de fal.& ibi not. Bar.& in authen.de inſtr. caut. & fid.in §.ſi uero neque adnumerator.

Fallit, in euangelica denũciatione in qua statur vni testi, quòd facta fuerit: vt est tex. in c. nouit. de iudit. Hipp. in l. si quis ne quæstio col. xxxij. ff. de quæst.

Fallit, quando testator hoc mandauit, quòd stetur dicto unius. per l. Theopompus. ff. de dot. preleg. & ponit Spe. in tit. de testib. in §. restat, uer. hoc tamẽ fallit, & ponit Ant. de Butr. in c. ueniens, il i. de testib. & an talis eo casu habeat iurare, uide in d. c. ueniẽs per Fel. co. vii. Hippo. in d. l. si quis ne quæstio. col. xxxij.

excep.videatur impugnare iſtam limitationem, tamen illam defendit Dec. in cap.cum uenerabilis,col.ii.de excep.vide Sylu.nuptia. in 31. folio & licèt Feli. videatur impugnare iſtam limitationem, tamen eam defendit Claud.in l.non ſolùm.§.ſciendum.ff.de oper.nou.nunt. Item limita, quia confeſsio delicti iuſtificatur ex probationibus poſteà factis ita quòd confeſsio intelligitur ſecundum mentem & intentionem confitentis, ita quod confeſsio intelligatur de actu iuſtificato ex probationibus,& non de alio actu,qui ſonat in delictum, & non ſit iuſtificatum ex probationibus,ut per Alexan.in conſili. xxx.col.fin.uol.vij.& qualis ſit iſta pœna uide Hipp. in l.i.§.diuus.colum:pe.ff.ad l.Corn.de ſicar.Gramm.uot. xxiij.col.fi.Contrarium ipſe in vot.ij.circa fin.ubi tenet poſſe tranſmitti ad triremes, & vide etiam eum in uot. 18.Et an talis cõfeſſus crimen qualificatè poſsit torqueri,ut pręcisè reſpondeat, vide eundem Gram.d.uot.ii.& uot.24.colum.prima.

Tertiò limita,quando dictum eſſet,confiteor occidiſſe hominem ad meam defenſionem, & non aliter nec alio modo.ita Iaſ.in §.item ſiquis el ij. colũ. 10. Inſt.de actio.licèt contrarium Aret.in l.decem.columm.final.ff. de verb.oblig.

Quartò limita,ut per Felin.in c.cùm dilecti, colum.j. de accuſatio.

Quintò limita, quando probationes poſſunt ad defenſionem referri. Felin.in capit.ſignificaſti,colum. v.de homicid.


Sextò limita, ſi apparenter non eſt malum, ut eſt quando quis recipit & expendit monetam falſam, quam exiſtimant bonam. Grat. in conſili.cli. colum.penultim.uolumin.ij.

CON CLV-

CONCLVSIO XVI.

ARGVMENTVM.

Hæredes etiam extranei comprehenduntur in materia tranſitoria ad extraneos.



N MATERIA tranſitoria ad extraneos hæredes uel cum hæredibus,comprehenduntur etiam extranei hęredes. Fallit,niſi dictum eſſet de maſculis:quia tunc non uenit extraneus, ita tenent Bald.Paul.de Caſtr.& Rapha. in l. Gallus, in §. etiam ſi parentes. ff. de libr.& poſthu.vt per Deci.in conſil.345.Socin.tamen in §. etiam ſi parentes.ſentit contrarium. vide Claudiũ ibi col.pen.Iaſ.in conſi.118.colum.penul.& colum.fina. uolum.4. Alex.in conſi.105.col.ij.vol.i. Gual.caut.x.de acquir.hæred.Beltran.in conſi.23.colum.12.uolumin.i. Deci in c.in præſentia,colum. 18.de proba.Pariſ.in conſi.lv.colum.i.volum.ii.Maria.Iun.conſi.37.colum.final. Grat.in conſi.lv.colum.i.in fi.uol.i.Ruin.conſi.122.col. j.uol.i.& conſi.cviii.col.penul.uol.iii.Sed an requiratur tunc, quòd filij ſeu liberi ſint hæredes, uel ſufficiat illos eſſe deſcendentes tantùm. Paul.de Caſt.in l.ex facto,in §.ſi quis autem,in fin.ff. ad Trebel. & ſequitur Socin. in l.ſi filius patri.ff.de vulg. & pupil. Crot. in repe.§. duo fratres,in l.i.colum.vlt.chartæ. Iaſ.in l.ſi non ſortem.§. libertus, de con. ind. diſtinguunt, aut dictum eſt liberis hæredibus,& tunc vtraque qualitas requiritur. Alexan. in conſi.x.colum.pen.uolumin.iii.. Guid.Papę in ſingu. DCCCCLI.& qui ſint deſcendentes, & qui ſint hæredes. uide omnino Alexand.in l.ſed ſi hac. §. liberis, columna.i. ff.de in ius uocan.& Imo.& Alexand.in l.quod dicitur. ff.de verb.oblig.col.ix.cum pluribus ſequen. Iaſon. in l. ſi quis id quod,colum.v. ff. de iuriſd. om.iud.in ſecunda ſublimit.Ferat. caut. 36. Si verum dictum ſit ſimpliciter

citer hæredibus masculis,& sic uerbum in liberis tãtùm verificetur,tunc non requiritur quòd sint hęredes ipsi descendentes. uide Claud.in d. §. si quis autem. in fi.& ibi.Alexand.Ias.in consi.vii.col.ix.uolu.iii. Crem in singu.xiiii.Beltrand.in consi.xlii.colum.ii.uol.iii. Afflict.super consti.fo.ccciii.col.i.

Sed contrariũ sentit Bart.in l.iuris iurandi.§.si liberi. ff.de oper.libert.vbi dicit, quòd si sit dictum hæredibus masculis requiritur quòd filij sint heredes. & idem sentit Bald.in tit.an agna.uel fil.col.iiii.Alex. in cons.xxvi. colum.ii.& seq.uolum.v.& in consi.xxviii colũ.pen.uol. v.& in uers.confirmo,& in uers.confirmari. Curt.in tracta.feud.in i.parte uersi.quarto.Et pro ista opinione est casus in c.i.de eo qui sibi & hæred.suis, iunctis his quæ ponit ibi Iacob.de Beluis,Aluar.& Cardin. ubi text.loquitur de eo qui sibi & hęredibus masculis fuit stipulatus,& tamen concludunt,feudum esse hęreditarium:ita quòd non transit in descendentes, nisi sint hęredes,Io. Anton.Alexand.in consili.xviii. Franc.Curt.in consilio cxxxviii.col.v.Paris.consi.xlviii.col.fi.uol.iiii.Rui.consi. clxxiiii.colum.i.ii.& iii.uolu.ii.& col. v. & seq. Beltrand. consi.xviii.col.i.in antiq.uolu. Idem si dictum sit filius hęredibus.Ruin.in consi.xv.col.iiii.uol.i.

Et quando est dictum pro se & hęredibus, dicitur feudum hęreditarium,ita per Loffred.in cansi.xiiii.colum. ix.Grat.in consi.iiii.col.vii.uol.i. Ruin.in consili. primo colum.v.uolum.i.Idem si dictum sit, si filiis hæredibus. Ruin.consi.xv.col.iiii.uolu.i.Quandó autem dictum esset pro se filiis & hęredibus.uide Ruin.in consi.ccxii.columm.iiii.uolu.i.& ita obtinuit.in Rot.in causa triuisina feudi coram d.Ioan.Clerici. Idem tenet Paul.de Castr. in §.& si parente.colum.fi.in princ.uersi.sed an requiritur.Aret.ibi col.fi.Paul.de Cast. in consi.lxxvii.incip.Visis & consideratis omnibus. colum.fin.in fi.uolu.i. Non tamen alio respectu ut feudũ transeat ad extraneos hæredes.Deci.in consi.ccviii.columm.iii.& seq. & idem uidetur tenere Afflict.super constit.fol.clxxxiiii.col.iiii.in fin.

fi.Loffred.in consi.i.vbi latissimè, & in consi. xlvi.Paris. in cons. 23.col.xx.uol.i.& in cons.xlviii.col.fi.uol.iiii.Maria.Iun.in consi.lxxii.col.v.Grat.in cõs. lvi.col.4.uolu.i. Maria.Iun.consi.lviii.uolu.ii.

Contrarium,Deci.in consili. cccxcv. colum.ii.ubi tenet, quòd feudum non est hęreditarium, si inuestitura dicat pro se & hęredibus ex se descēdentibus vtriusque sexus & Ias.in consi. 100.uolumin. iiii. colum. fin.uide decis.Neapol.cxl.& cxcv.colum.pen.& ccxl.columm.penultim.in fin.Curt.in tract.feud.in i.part.columm.xxvi. Marian.Iun.in consil.lxxii.colum.quinta.Aymo in consi.cxcvii.colum.ii.vide Soc.in d.consi.50. uolumin.iii.colum.penul.An per hoc quòd sit dictum de hæredibus legitimis,sit feudum hæreditarium.Gozad.in consi.xxvi. columm.iiii.An eo casu quo est necessarium, quòd descendēs sit hæres, sufficiat quòd sit institutus in re certa.vide Paul.de Cast.in d.§.etiam in fi.colum.Guido Papę quæst.ccccl viii.Verùm si emphyteosis sit recepta pro hæredibus,intelligitur pro liberis, etiam nõ hæredibus. Bero.sic tenet quæst.xvii. qui dicit communem, quod pronunciatum videtur cõtrariari præcedentibus. Quid si dictum sit pro hæredibus & successoribus utriusque sexus? Loffred.in consi.i.quod est hęreditarium & in consi.xlvi.vbi in v.columm.in princ.declarat,quòd intersit,an ponatúr uerbúm hæredibus in materia in qua nõ fit transitus in extraneos,uel in materia quæ transit ad quoscunque. Quid si facta sit concesio Titio & hęredibus ex suo corpore descendentibus? Afflict.super consti.fol.cccii.col.iii.Paris.in consi.iiii.colum. v. uolumin.i. Quando dictum est pro se hæredibus liberis uel descendentibus.uide Ruin.consi.cxviii.col.i.& seq.uolumine i. Quando dictum est pro se filijs & hæredibus, vide eundem Ruin.consi.cxxii.colum.i.in fin.& sequen. uol. i.& ibi etiam quando dictum est pro se filiis masculis & hæredibus. Quando quis est stipulatus pro se & filiis, videtur stipulari pro eis tanquam hæredibus. Ruin. cons. ccxii.colũ.iiii.uolu.i. Quod si facta sit confesio Titio &

eius hæredibus ex suo corpore legitimè descendẽtibus, ita quòd maior natu minori prę̨feratur,& masculus fœminę. Afflict.super const.fo.302.col.iii.& seq. Quando prę̨sumatur feudum fore antiquum & hę̨reditariũ.Rui. consi.li.col.4.uol.v. Quando dicitur pro se hę̨redibus & successoribus, est feudum hæreditarium Paris.consi.ii.colum.4.uol i.& in consi.iii.col.ii. uolum.i. & in consi.iiij. col.4.uol.i.declara,ut per eundem in consi.v.col.i.in fin. uol.i.& in consi.23.col.22.uol.i.& in consi.106.col.iii.uolu.i. Quando dictum est pro se & eius hæredibus legitimis & successoribus,idem Paris.in consi.16.col.ii.uolu.i. & in consil.65. col.ii.uol.iii. Quando feudum est receptum pro se & suis de domo sua,an feudum sit hæreditarium.ponit Maria.Iun.consi.103.uol.ii. Quid sit receptum pro se & filijs & hæredibus masculis & fę̨minis,an etiam pro hæredibus extraneis? vide eundem Maria.cõsi.110.col.3.uol.ii. Quando dicitur pro se & filijs seu descendentibus,est feudum ex pacto & prouidentia.Paris. consi.v.col.i.uolu.i. Quando dictum est pro se & hæredibus quibuscunque,vide eundem in consilio.ccxxxvii. colum.21.uolum.j.

An præsumatur feudum hæreditarium uel ex pacto & prouidentia.Paris.in consi.23.colum.17. uol.i.& col. 20.Ruin.in consi.17.uol.i.Et feudum potest effici quòad quid,& quòad quid non hæreditarium.Paris.in consi.25.uol.i.Et dicit idem in consi.65.col.i.& seq.uolum. iii.quòd feudum pro se & hæredibus receptum,dicitur hæreditarium.

Limita, secus quando dicitur receptum pro se & hæredibus quibuscunque,quia dicitur simpliciter hæreditarium.Maria.Iun.in consi.72.col.iiij.& sequẽ.uol.& uide eundem cons.114.col.ii.uol. ii.& quando dictum sit pro filijs & hę̨redibus,vide Paris.in consi.48.col.ii.uol.4. Et quando dictum est pro se suisque hæredibus filijs & liberis vtriusque sexus,ex eo & eius hæredibus filijs & liberis utriusque sexus legitimè descendentibus. Marian. Iun.in consi.12.col.6.

CONCLV-

CÓNCLVSIO
Et Regula XVII.

ARGVMENTVM.

Rogatus de restituendo quod supercrit ex hę reditate ad quid teneatur.



ER fideicommissum sub iis uerbis, quod supererit tempore mortis grauati restituatur, censetur data facultas alienandi ipsi grauato, etiam in totum, quando non mala fide alienauit grauatus, ideſt nō animo interuertendi fideicommissum: ut est tex. in l. Titius ff. ad Trebel. Quæ facultas hodie restricta est per auth. contra rogatus. C. ad Trebel. Paris. in consili. 25. colum. iiij. & sequen. uolum. ii.

Limita regulam istam, ut per Ruin. consi. 76. col. iiij. uol. ii. & consi. 121. col. pe. uol. iii. & per eundem qui declarat in consi. 163. col. i. & seq. uol. iij.

Sed dubitatur, stante huiusmodi fideicommisso, an alienata sint computanda per ipsum grauatum in trebellianicam? & uidetur quòd non, quia si habuit facultatem alienandi, ergo sine onere computationis aliàs nihil tribuet ista facultas, cùm & aliàs non habens facultatem alienandi, posset alienare cum onere computationis. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. tamen contrarium determinat Paul. de Castro. in dict. l. Titius. ff. ad Trebellian. quam opinionem finaliter uidetur sequi Guido Papæ in consi. 122. in fin. Paris. in consi. xlvi. col. fi. uolu. ii. & istam partem Rota fuit sequuta in causa Parmensi pro Nicolino della fossa coram Do. Ioanne Clerici. Et licet uideantur contra istam opinionem facere not. per Soci. in d. §. res quæ, colū. fin. tamen aliquæ rationes Socin. faciunt pro ista opinione, una tantùm ratio uide-

tur obstare,dum dicit,quòd facultas alienandi debet esse libera:& sic sine onere computationis, alias non esset libera.Sed respondebam, non minus dici liberam facultatem alienandi porpterea quia teneatur computare.nam non diceretur libera, si quid ipsam alienationem impediret.Sed si alienatio potest fieri ex quacunque causa, & in quācunque personam,hoc quòd teneatur computare non facit minus liberam facultatem alienandi. nec obstat quòd facultas alienandi nihil tribueret: quia respondetur,quòd immo multùm , quia potest totum alienare de iure antiquo,per d.l.Titius. Hodie tenetur quartā seruare per d:authenti. contra rogatus.& uide Corn. in consi.ccxlii.col.fi.uolu. 4. ubi videtur sentire, quòd trebellianica detrahatur de eo quod superest. uide Bartol. & post eum Alex.in l.mulier. §. cum præponeretur col. i.in fi.ff.ad trebel.

CONCLVSIO
Et Regula XVIII.

ARGVMENTVM.

Filius præsumitur ex marito natus , non autē ex adultero.



ILIVS præsumitur natus ex marito quātumcunque vxor cum alio adulteraretur l.miles.§.defuncto,de adult. Gomes.in capitul.ii.char.v.de iud.in vj. Paris.in consi. lxiiii.colum.i.uolu.iij. & col.seq.vide omnino Gozad.in consi.xij.& in consi. sequ. Adde etiam, si cum adultero cohabitet , si modò accessus liber patebat marito ad vxorem, ita quòd potuerit filius ex eo concipi : per rationem in d.§.defuncto, & not. Bald.in l.si a matre.C.de suis & legit.& faciunt not.per Abba.in cap. officij,de pœnit.& remiss,in c.accedas. de purg.canon.&

ponit

ponit Barb.in conſ.viij.col.j.uol.ij.Alex.in cõſi.lxxxvii. uol.iij.col.pe.ver.prçtereà.& in conſ.xxxvij.col.pe.uol. j.refert & ſequitur Franc. Curt. in conſil. xxxi.in.j.col. j.in fi.Pariſ.in conſ.lxiiij.col.j.& ſequ. uol.iij. Contrariũ probat tex.in l.i. §.illud ſi mulier.ff.de liber.agnoſ.Spec. in tit.qui ſint leg.verſ.iiii. Amplia, vt per Aret.in ca.per tuas.colũ. j. de probat. qui dicit, quòd etiam ſi maritus per aliquod tempus eſſet abſens, nihilominus præſumeretur natus ex marito.

Amplia idem eſſe ſi filius naſcatur in loco ſuſpecto extra domum mariti.Iaſ.in d.conſi.cxxv.col.j.uol.4.nu.1. Item amplia,idem eſſe in concubina, ut per Iaſ. in cõſi. cxxv.uol.4.col.i.Soc.in conſ.lxv.uol.iij.Maria.Iun.cõſi. cxxxviij.col.fi.uol.ij.Boer.deciſ.ccxcix.Item limita, niſi cohabitaret cum adultero,ut per Iaſ.in conſi.cxxv.colũ. ij.& ſeq.vol.4. tamen iſta limitatio non poteſt procedere ſtante prima concluſione doctorum , quòd ſi modò marito patebat acceſſus, prçſumatur natus ex marito. Item amplia in vidua. Cremen.in ſing.cxxvj. vide Paul. de Caſt.in conſi.cxv.col.iii.uol.i.qui dicit,talem eſſe prçſumptionem iuris & de iure,quæ non admittit probationem in contrarium,niſi per partis confeſsionem , idem eſſe iuris , & de iure præſumptionem , tenet Berous ccccix.Boer.deciſ.ccxcix.& licèt ibi Paul.de Caſt.velit,ꝙ filij confeſsio tollat hanc prçſumptionem,illud eſt in ſui præiudicium:quia quis confitendo pôt prçiudicare. Sed quando hoc faceret in ſui fauorem,non credo ſtari confeſsioni filij dicentis ſe eſſe filiũ ſpuriũ.Vide Aret.& Fel. in i.col.in c.per tuas,de probatio.Dec.in conſi. Dclii.

Amplia etiam ſi fuerit reputatus filius adulteri. Mãt. conſi.cxcviii.col. pe.& ſeq.

Amplia,ut per Ruin.in conſi.liii.col.viii.uol.v. Limita in ſene octogenerario.Soc.in conſ.lxv.uol.iii.Pariſ.in cõſ.xxix.uol.ii. ꝑ totũ.Facit ꝓ principali concluſione, ꝙ not.Cy.poſt.Iac.de But.in l.ſi vicinis. C.de nup.de uxore alicuius in lupanari exiſtente,ꝙ ſi cõcipiat,pſumit̃ cõceptus ex marito filius.Syl.nup.fol.xvii.col. 4. & ſequẽ.

Adde

Adde quòd non admittitur probatio in contrarium per confessionem matris, ut per Abb. in d.cap.officij.de pœnit.& remis.& in c.accedens, de purg.can.nec per aliã quamlibet probationem, secundum Hippoly. in l.i.§.ad quęstionẽ, in fi.col.ff.de quęst.sed illud non est uerum, per ea quæ supradicta sunt, & reprobat Paris.in consi.x. col.6.uol.ij.& col.xiij.& cons.29.col.ij.uol.ii.

Limita ut hoc quod dicitur de cohabitare cum alio, si marito patebat aditus coeundi cum uxore, nisi mulier fuerit diu sterilis cum marito: quia tũc etiam requiritur nominatio & tractatio tanquam filii facta a marito. Are. & Fel.in c.per tuas, de probat.col.i.

Secundò nisi filius confiteatur se esse filium adulteri, & cõcurrat assertio matris, & ꝙ fuerit pro tali ab adultero tractatus & reputatus, & quòd fama ita se haberet: ut per Paul.de Cast.in consi. cxv. in ult.dubio in prima parte. Paris.in consi.x.uol.ii.per totum. Contrarium idẽ Paris.in consi.xi.uolu.ii.

Limita etiam primũ dictum, quòd censetur filius mariti in dubio.

Fallit, nisi sit educatus, tractatus & nominatus tãquã filius adulteri, & cõcurrat iam super hoc publica uox & fama: ut per Petr.de Ancha.in cons.225.in ii.dubio Alexan.in cons.lxxxviii.uol.vii.Cor.in cons.i.uol.iii.col.xi. Capram in cons.ii.Barb.in cons.lxviii.uol.iiii.& per Deci.in cons.288.ĩ prin.Ias.in cõsi.cxxv.col.iii.uol.iiii.Beltran.in cons.188.col.i.& seq.uol.iii.Paris.in consi.x.uol.ii.per totũ. Contrarium idem Paris. in cons. xi.uol.ii.& in cons.xii.col.xxvii.uol.ii.Contrarium Barba.in consi. xxvi.col.pe.uol.i.Beltr.cons.lxxiii.col.vi.uol.iii.quẽ omnino uide.Gram.in cons.clviii.col.i.uol.ii.

Limita, ut per Hippo.in sing.530. Hæc præsumptio non habet locum in alio, quàm in marito, & concubinario. Alex.in cons.clvii.uol.v.

Limita quãdo probaretur impotentia coeundi in marito, uel ex causa infirmitatis, uel ex alia causa. Paris. in consi.xxix.per totum uol.i.

Amplia


Amplia regulam d.l.miles.§.defuncto,ut per Grat.in consi.cxl.uol.i.

Limita dictam regulã,ut per Maria.Iun.conſ.86.col. antepe.uol.ii.Confeſsio igitur patris & matris,q̃ nõ ſit filius ipſorum coniugũ, ſed alterius, multùm facit.ut p̃ Bal.in l.filius.§.diffinimus.col.ii.in i.lectura,n.11. uerſ. ſed pone quòd pater & mater. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.Petr. de Anch.in conſ.ccxxv.col. pen.uer.ſuper alio nu.6.uer.accedit hic teſtimonium maius.Alex.in cõſi.88.col.iiii.n.13.uer.præterea caſum noſtrum, uol.vii. Corn.conſ.i.col.x.nu.22.in prin.uerſ. non concurrit.Pariſ.conſi.x.nu.45.uol.ii.& uide Syl. nup. præcitato loco, & Boer.deciſ.xxix.ubi pulchrè.

CONCLVSIO XIX.

ARGVMENTVM.

Lex diffamari.C.de ingen.et manumiſ.eiuſq; materia latius explicatur.



VANDO aliquis iactat ſe habere ius, poteſt iudex ad inſtantiam partis præfigere illi terminum ad docendum de iure ſuo, quo elapſo & non docto, amplius non auditur.l.diffamari.C.de ingen.& manum.l. ſi eo tempore.C.de remiſ.pign.cum alijs allegatis in gl. in d.l.diffamari.& per Ang.Aret. in rub. de excep.colũ. xxix.Abb.in c.ſi quis contra clericum,de for.competen. Rom.in conſ.412.Bal.in rub.C.de cõdit. ex leg.in i.col. Fel.in c.uenerabilis,col.iii.de iud.Boer.deciſ.ccxxv.

Amplia,ut procedat tam in cauſa ciuili,quàm in criminali,ut per Roma.in conſi.liii.& in apoſtil. ad Angel. Aretin.in tracta.malefi.in uerb. Nec non ad Titij querelam colum.xi.

Secundò amplia nedum in illum,qui poteſt agere directò

directò,sed per quoddam obliquum inducendo litē contra unum per modum contradictionis,si ius suum in iuditium deducere vult,cùm nō possit aliquis de iure suo experiri,nisi alius in iuditium ius suum deducat vt not. Ang.in l.si quis libertatem.§.cum quidā. ff.de petit.hære.per illum tex.quem dixit ad hoc singularem,& sequitur Georg.Natta in c.sæpe,col.xli.de uerb.signifi.

Tertio amplia,ut per Ripp.in viii.responso in primo lib.& not.quia si is cui petitur imponi silentium, compareat,& petat illud per uiam recōuentionis super quo actor petebat silentium imponi proceditur solùm super secunda petitione;ut per Aretin.in c.præsentia,colum. i.de probatio.

Quartò amplia etiam ut procedat contra episcopum ut in decisio.Neap.xviii.in nou.

Limita dūmodo interuenerit ad minus duplex citatio, per gl.in §.sui aūt,de hære.& falc. & in uerb.admonitus & ibi not.Ang.licèt nō firmet, & in §.si quis autem pro redemptione,in authen.de eccl.tit.ubi Angel.dicit istud dictum esse uerum:sed relinquit cogitandum.Idem tenet Ang.Aret.in tract.malef.in uerbo Necnon ad querelam Titii.col.xi.& idém auctor.insti.de excep.col.xix. in rub.Fel. in c.uenerabilis, col.iii. de iud.in c. accepimus,in ii.colum.in fi.de fi.instr.in c.pastoralis,colū.ii.de excep.Boer.decisio.ccxv.Gomes.institu.de actio.§.præiuditiales,col.fin. Cepol.caut.cx. idem tenet Alexan. in consi.cviii.colum.fina.in fi.uolum.i.Felin.in capit.uenerabilis,colum.iii.de iudit.Maria.in tract. citatio.colum. clxviii.decis.Neap.cclxiiii.idem videtur de mente Bald. in d.l.diffamari col.fi.decis. Neap. cv.in nou. Contrariū tenuit Lud.Rom.in l.quandiu,§a iii.ff.de aquir.heredit. qui ex pluribus impugnat istam opinionem, & contrarium tenet Alexand.in l.fi.col.i.ff.de fer. & istam uidetur sequi etiam Ias.in d.l.fi.colū. iii.ex quo eam vltimo refert.Vide si possunt cōcordari opiniones ex mente Abbatis in c.licèt,in tit.de accusat.potest etiam colligi concordia,ut per decis.Neap. cclxiiii.

Secundò limita, dummodo precedat diffamatio, & ſit probata, & ſic procedat aliqua cauſę cognitio. Et ita voluit Ang. in tract.malefi.in uerb. Nec non ad querelam Titij, in xi.col.& inſti.de exce.col.xviii. in rub & Alex. in conſ.cviii.vol.i.in fi. Bal.in l.ii.C. ne fil. pro pat. Salic. in l.iii. C.qui bon.ced.poſ. Bocr.deciſ.cclv.

Tertiò limita, dummodo iudicis ſententia interueniat, per quam imponat ſilētiū parti, vt not.per Imol. in c.cum in matre, qui matr.actus. Bald.in auth. ad hæc col.vi.C.de uſur.& in d.l.diffamari, & Angel.in d. tract. malefi.in uerbo Necnō ad querelā, col.xi.& inſti.de except.col.xix. Ang.in l.i.C. nemo inuit. Ang.in l. properandum. C. de iudi. Contrarium & melius, quòd immo talis præfixio termini ſit peremptoria, ita quòd non expectet aliam ſententiam, tenuit Ang.poſt Bald.& Alex. & Iaſ.in l.fi.ff.de fer.ego pro concordia ita dicerē: quòd præfixio termini habet comminationem; quòd iudex eo elapſo procedat ad ulteriora? & tunc non eſt neceſſaria poſt lapſum termini alia ſententia, & ita procedit ſecunda opinio, & ita colligitur ex verbis Ang.inſti.de ex cep.in rub.col.xix.& Oldr.in conſi.iij. Ant. præfixio termini non habet talem comminationem, & tunc ſententia eſt neceſſaria, & ita procedit prima opinio, & colligitur ex uerbis Bart.in l.mancipiorū.ff.ope.le. Item iſtud ꝙ ſententia requiratur, procedit, quando præfigitur terminus ad docendum aliquid ſuper eo de quo principaliter eſt uel eſſe pōt contentio, ut in caſu d.l.diffamari.ita quòd prefixio termini habet operari ſuper eo ſuper quo principaliter agitur. Qnando præfigitur terminus ad impediendum aliquem actum, & tunc ſatis eſt quòd labatur terminus, etiam quòd ſententia non interueniat: ut eſt caſus legis ſi eo tempore. C.de remiſ.pig. in quo tex. prefigitur terminus creditoribus, vt deducāt ius eorum ad impediendam pignorum diſtractionem: quia tūc elapſo dicto termino diſtractio fieri poteſt, etiam non interueniente alia ſententia.ita declarat Ang.in tract.malefi. in uerbo Necnon ad querelam Titij col.xi.

Quartò

Quartò procedit ista pręfixio termini ad instantiam eius,qui prętendit se ius habere.nam non potest fieri ad instantiam eius,qui non prætendit aliquod ius,sed tantũ dicit,aduersario nullum ius competere:ut not. Innocẽ. in c.Abbas,de uerb.signifi.Paul.de Cast.in l. si cõtendat ff.de fideic.Fel.in c.olim, col.v.de rescrip. Hip.in singu. 280.imo debet docere de suo interesse & iure suo,secundum Aret.in consi.lxviii.col.fi.

Quintò limita,si possidet rem super qua peteret silẽtium imponi aduersario alias si non possideret,non audiretur.ut per Aret.in consi.lxviii.col.fi.Boer.decis.cclv. Et not.ad materiam d.l.diffamari, quia in tali remedio talis est iudex,qui ordinarie est iudex diffamari : ut per Caccialup.in l.omnes populi,col.x.& seq. ff.de iustit.& iur.& hoc ponit Abb.in cap.si quis contra clericum, de for.compet.in princi.& per Anto.de But. in c.si clericus laicum,in fi.eo.titu.& in c.quintauallis, in versi. Venio ad secundum,de iureiurand.Romanus in consi.ccccxii. Georg.Natt.in clemen.sæpe, colum.xli.de uerb.signifi. Alex.in consi.cxiii.in fi.col.i. & in consi.ciii.uolum.v.colum.i. Decis. Neap. xviii.in nou.& debitor præueniendo in causæ cognitione non potest impedire iudicẽ creditoris,ut est in obligatione in forma cameræ. Boeri. in decis.cxiiii.uers.& facit.Nam Claud.in l.fi.col. penul.C. de eden.& ibi Purpurat.col.vi.tenet, quòd agens remedio d.l.diffamari, potest tãquam reus petere editionem instrumentorum penes conuentum existentiũ, & quòd afficiatur reus & non actor:ponit Dec.in consi.iii.columna fin.uersi.& in regula Fauorabiliores,col.i.uers.& ista regula.ff.de reg.iur.Contrarium decis.Neap.cclxviii.Deci.cons.Dclxxxvi.in fi.nume.xxiii. uide ad materiam remissiuè.Gomes.in §.præiudiciales,col.fin.inst. de actio. Item not.quòd in terminis dict.l.diffamari,possunt recipi testes lite non contestata:ut per Anto. de But.in cap. cum olim,in uers.tertius intellectus, de testib. sequitur Natta in d.clemen.sæpe,col.xli.& quòd non requiratur litis contestatio,tenet Bal.post glo.in d.l.diffamari,Ale-

xan.

xand.in conſ.lxx.uolum.vii. An autem terminus ſtatutus poſsit prorogari per eundem iudicem, uide Rot. in antiq.deciſ.cclxxxiiii.& in antiquio. deciſ.xiiii in titu. de appellat.& in nou. deciſ.xiiii. in eodem titul.& in nou.deciſ.lxiiii.per Georg.Nat. clemen.ſæpe,columna. xlii.& ſequen.de uerb.ſignifi.Deci. in capitul. perſonas, de appellat,in fin.& magis ✲ communis opinio uidetur eſſe,quòd ex cauſa & durante primo termino poſsit iudes prorogari,ſecus eo elapſo.quod intellige, ut dictũ eſt ſuprà in iii.limitatione. Item not.quòd excommunicatus non poteſt petere, ut uirtute legis diffamari actori imponatur ſilentium, niſi probauerit de iure ſuo: & ita tenet Innocent.in capitu.cum inter,de except.& Anton.de Butr.in c.cum intelleximus,in ultim.columnn.de iud.& iſtud eſt de mente Abb.in c.cum inter in fin.colũ. Paul.de Caſt.in l.libertus,la prima.ff. de in ius uocan.& Deci.in d.c.cum.inter colum.fi.qui reſpondet aductis in contrarium per Ioan.de Ana. in capi.dura. colum. v.de crim.fal.qui tenebat contrariam partem, & ita tenuit ét Iaſo.in l.de pupillo.§.procurator. columnn. ii. ff. de nou. oper.nunt. Aretin.in dict.c.intelleximus, colum. ii.vide deciſ.Neap.cclxviii.Felin.in d.c.intelleximus,colum.vi. Bene uerum eſt,quod poteſt ipſe excommunicatus compelli agere præfixo ſibi termino, iuxta. l. diffamari: ut uoluit Innoc.& Ant.de Butr.in c.exceptionem, col.iiii. de excep.Fel.in d.c.intelleximus colum.vi. & licet contrarium uelit Abb.in d.c.exceptionem, tamẽ dictis ſuis reſpondet Georg. Natta in clemen.ſæpe,col.xli. de uer. ſig.Item,an intentato remedio d.legis diffamari,dicitur lis pendere, ita quòd non poſsit pro eodem negotio alius iudes admitti:uide Soc.in conſi. xli. uolumi. ii. An intẽtans remedium d.l.diffamari,teneatur petere ueniã uide Marian.in tract.citationum.colum. cxxxiiii. An in terminis d.l. diffamari, per ſolã citationem dicatur præuenta iuriſdictio,uide eundem Maria.in cap.propoſuiſti colum.ix.de foro comp. An ille qui intentauit conditionem dict.l.diffamari,poſsit coram alio iudice conueniri,

uide

vide ſimiliter ipſum Maria.in c.ii.col.pen.de mut.petit. Soc.in conſi.xciiii.col.ii.uolu.iii. Feli.in c.cum ſit generale,col.v.de for.compet. An litis conteſtatio ſuper remedio d.l.diffamari, perpetuet actionem. vide Claudium in l.naturaliter,in vii.col.de uſucap. An ſententia ſuper tali remedio ſit diffinitiua,uel interloquutoria,uide Philip.Fran.in c. cũ ceſſante,col.fi.de appella.Et an excommunicatus poſsit intentare iſtud remedium,uide Felin. in d.c.intelleximus col.v.de iudic.Dec.in ca. cùm inter, col.fi.de excep.& ibi Feli. col.vi. An litis conteſtatio inducta in caſu d.l.diffamari, interrumpat præſcriptionẽ. Fel.in c.illud,col.vi.de præſcrip.

CONCLVSIO
Et Regula XX.

ARGVMENTVM.

Exprimere in teſtamento aliquid ſpecificè, vel per relationem ad aliud,paria ſunt.



PARIA ſunt in teſtamento aliquid exprimere ſpecificè, uel per relationẽ ad aliud ut ſi teſtator mãdat impleri per hæredẽ contenta in cedula exiſtente penes Guardianum fratrum minorum.l. ſi ita ſcripſero,ibi Bart.not.ff. de condi. & Deci. in l. aſſe toto. ff. de hæred.inſtit.Idem tenet Bartol.in l. quem hæredi. ff.de reb.dub.in l.fi.C.de fideicom.vbi Salic. Alexand. in l.ait prætor.§.ſi iudex.ubi dicit opinionem Bartol. * communiter approbari.ff.de re iud.Alexãd. in conſi.lxxvii. col.ii.uol.iii.Iaſ.in l.ſtipulationum.§.illud. ff.de uerbor. oblig.& ibi Cuman.Aret.in l.hæredes palam, in princi. ff.de teſtam.Nicolaus de Neap.in l.his uerbis. ff. de leg. iii.Imol.in l.illa inſtitutio,col.v.ff.de hæred. inſtituend.

Bald.

Bald.in l.captatorias, in v.quęst.C.de testam.mil.Imol. in d.l.si scripsero.ff.de condi.& demon.idem in c.cum tibi, col.pe.de testa.Alex.in cõs.cxiiii.col.ii.uol.vii.& in cõsi.iij.uol. ij.col.i.Fel.in c.super quęstionum, col.fi.de offi.deleg.& in c.inter cęteras, col.ii.de re iud.Paris.in cõs. ix.col.iii.uol.iii.Brun.in tract.de form.fol.xxv. col.ii.Et uidetur nominatim facta expresio secundum Paris.consi.cxxii.col.ii.uol.i.& in cons.xxvi.col.v. uol.ii.in cons.ii. col.v.in fi.seq. uol.iii.ubi, quod dicitur factum expresse & nomitatim.Rui.consi.clxix.col.iiii.uol. ii.

Contrarium, Ruin.consi.clxv.col.ii.& iiii. uol.ii.etiã idem est in omni alia dispositione, quia sufficit quid esse certum per relationem ad aliud.l. stipulationum, iũcto §.sed qui vinum.in l.ubi autem non apparet, & ibi not. Imol.& Paul.de Cast.ff.de uerb.obli.

Amplia etiam quòad institutionem hæredis, quia sufficit illum exprimere per relationem ad aliũ.ut per Pau. de Cast.in l.hac consultissima.§.per nuncupationem C. de testam.& in d.l.ubi autem non apparet.§. sed qui uinum.& ibi sequitur Alex.& idem Paul.de Cast.in l.hęredes palàm, in prin.ff.de testamen.Aret.in rub.de testamen.col.pe.Bal.Ang.& Imol.in l.asse toto.ff.de hæred. insti.Soc.in cons lxxiij.col.iij.& in cõsi.cxlii.col.4.Alex. in cons.clxxvi.col.ii.uol.v.Soci. in l. si ita scripsero.ff.de condi.& dem.Crot.in l.i.§.si quis ita, in ii.lectura qui dicit istam esse * communem opinionem.ff.de uer.obli. Ruin.in l.Gallus.§.& quid si tantùm col. xxxvi. ff.de libe.& posth.Ioan. Ant.Alex.in consi. xiiij. & istam dicit communem in cons.xix.col.ii.uol.iij.Ruin.in cõs. cxciij. col.iij.uolumin.ii.

Contrarium, ꝙ immo non sufficiat exprimere nomẽ hæredis per relationem ad aliud, tenuit Paul.de Cast.in dict.l.si ita scripsero.ff.de condi.& demonst. Aretin. in l.palàm in princ.ff.de test.Ias.in l.stipulationum.§.illud ff.de uerb.oblig.& in l.hac consultissima.§. per nuncupationem.C.de testamen.facit quod dicit Philip. Franc.in ca. consuluit, col.i.quod ubi quid est nominatim expri-

mendum,non sufficit per relationem ad aliud.Rui.cons. clxv.col.ii.& iiii.uol.ii.

Sed tenendo istam opinionem,quæ est communis,limita illam ex mente Bart.in d.l.si ita scripsero.ff.de condit.& demonstr.dummodo constet illam scriptam esse manu testatoris.Sed Paul.de Cast.ibi tenet,quod etiam si non sit scripta manu testatoris, si tamen constet illam esse cedulam ad quam testator se retulit,satis est.Hoc uidetur esse de mente Ias.in l.quæstionem, col. ii. C.de fideicom.Soc.in consi.cxlii.col.iiii. Secus quando de hoc non plenè constaret.Ruin. consil.x.uolu. iii. per totum. & an sufficiat probari per comparationem literarum,quod cedula sit subscripta manu testatoris.uide eundem cons. xi.col.i.& seq.uol.iii.

Limita primam regulam,vt non procedat,quando expressio esset de forma. secundum Abb.per illum text.in c.pe.de iureiuran.vbi non sufficit relatio ad aliud in iuramento,quia requiritur specifica iuratio , & uidetur hoc velle Ias.in d.l.hac consultissima.§. per nuncupationem ff.de testam.& in l.stipulationum.§.illud.ff.de uerb.obli. Soc.in consi.xxiiii.col.viii.Bald.in l.minoribus.C.de his quib.ut indign.Ang.& Alex.in d.l.vbi autem.§.fi.de uerbor.oblig.uide Fel.in c.cum dilecta,col.xvii.in ver. Pro istis etiam facit,de rescrip.Brun.in tract. de forma folio. xxv.col.ii.& seq.Paris.in consi. vii.col.pe.uol.ii.& in consi.ii.col.iii.in fi.& seq.uol.iii.in consi.ix.col.ij.uol.iii.Grati.consi.xxviii.col.i.uol.i.


Sed ego non puto istam limitationem veram,quia nomen heredis pro forma exprimi debet. l.iubemus.C.de testamen.l.hæredes palàm,in princ. de testam.& tamen potest exprimi per relationem ad aliud , ut dictum est ex communi intentione ex ampliatioue ad regulam,uide Iaso.in l.certum.ff.si cert.petat.& ibi Deci.Guido.Papæ questio.cccclviii.Tiraquell.de legib.connubialibus.folio ccxxxvi.Beltrand.in consi.ccxv.colum.pen. uolum.i. Et an vbi requiritur expressio pro forma, sufficiat per relationem ad aliud.vide Ruin.in d.l.Gallus,in §.quid si tan-

si tantum col.xcvi.ff.de lib.& post. Grat.dicit quòd sic in consi.xli.col.i.uol.ii.Aret. etiam in cap.quoniam contra,colum.xiii.tenet quòd vbi requiritur expressio pro forma, non sufficit per relationem ad acta:sed illud uerum in relatione generali, vt puta in relatione ad acta, est nimis vaga & generalis,secus si ad certam partem actorum, ut puta ad certam scripturam, ut per Bald.in l. minoribus.C.de his quib.ut indig.Philip. Franc.in cap. i.col.iii.in v.limit.de appel.qui uoluit,quòd satis fiat dispositioni de appellante,si modò quis exprimat grauamina per relationem ad certam partem actorum,& istá opinionem uidetur tenere Purpur. in l. petens, col. iii. C.de pact.

CONCLVSIO XXI.

ARGVMENTVM.

Testis an possit esse Proxeneta altera parte inuita.



ROXENETA altera parte inuita,non potest testificari,ut not.glos.in authentic.de instr.cau.& fid.in §.in his, in verbo ad numeratorem.& glo.i. quęst.i.capitul.si episcopus,in uerbo mediator. glo.in cap.i.gl. in uerbo ciuiliter,de restitu.in vi.Ioan. Andr.in cap.dilectorum,de testib.cogend.vbi Anto.de Butr.& Ioann. de Imol.& Card.Bart.in l.omnibus.C.de testib. in l.differre.in §.idem decreuerunt.ff.de iure fis. Bald. & Petr. de Anch.in c.i.de testi.in vi.Ant.de Butr.in capit.cum a nobis,de testib.Alber.de Rosat.in l.si tibi.§.de pignore. ff.de pact.Imol.in l.si cui legetur.§.si.ff. de leg.i. Alexá. in consi.ccxii.uolum.vi.colum.v.& in consi. cxvii. uolu. vii.post princ. vbi dicit istam esse ✣ communem & sequendam opinionem.& in consi.xiii.col. pen.in fi.uol.i.

ubi idem dicit. Ias.in l.dictantibus. C.de testa.idem tenuit Salic.in l.nullus.ff.de test. Alexand. in consi.cxviii. colum.i.& seq.vol.ii.& in consi.xviii.in v.col.& sequen. volu.iiii.ubi dicit hanc communem esse opinionē Aret. in c. insuper col. vii.de testib. Deci.in consi.cxxxiii. colum iii.Alex. in consi.cl.col.ii.vol. v.& in consi.cliii. colum.ii.vol.v.& in consi. cliiii.vol.v.col.ii. Guid. Papę in consi.lxxiiii.Fel.in c. dilectorum, col.i.de testib. cogen. Zas.in consi.iii. vol.ii. & in consi. iiii.volumi.ii. vbi dicit istam communem opinio. Paris. in cōsi. lviii.col.x. volu.iiij.Grat.in consi.xxvii.col.ii.uol.ii. Marian.Iun.qui dicit communem consi.xii.col.4.uol.ii.& cons.xxix.col. 4.ubi idē dicit eo.uol.ii.Rui.consi.lxviii.col.ix.uolu.i.& cons.clxiiii.col.iii.uol.iiii.& cons.xcix. col ii.uol.v.

Contrarium,quod immò proxeneta possit testificari,etiam altera parte inuita,& in hoc sit diuersitas, quia altera parte contradicente non potest compelli : sed tñ necessarium est quòd vtraque pars consentiat,ut cōpellatur,sed uoluntariè deponere potest etiam altera parte inuita,uidetur sensisse gl.in §.quoniam,in auth.de testi. in glo. in uerbo prohibitione. & ita tenuit ibi Iacob. de Beluiso.idem tenet Bart.in l.omnibus,& ibi Bald.in col. iii.ubi dicit istam esse communem opinionem,idē Bald. in consi.50.incip.Videndum, est uol.ii.Idem tenet Flo. in l.eos.ff.si.regun.Ang.in tit.de testib.cog.Com.in consi.lxiii.col.ii.uol.i.& Alex.in cons. cxxvii.col.fi.in fi.uol. vii.& in cons.xliii.uol.vii.Barb.in cons.xl.col. x.uolu.iii. ubi dicit istam * communem.Lanfr.in rep. c.quoniam cōtra,col.xxii.in uer.Testium depositiones,ubi dicit omnes sequi istam opinionem. Apostil.ad decis.Tholos.94. Zas.in consi.ii.uol.ii.

Amplia,etiam si proxeneta non habuerit mercedem. Maria.Iun.cons.xii.col.4.uol.ii.

Tenendo primam opinionem quæ uidetur magis cōmunis & uerior,limita,nisi pro eo pro quo deponit proxeneta,sit pręsumptio:quia tunc testis inhabilis admittitur.Alex.in l.si duo patroni.ff.de iur.iuran.colum.ii.&

in

in consi.lv.in fin.uolumin.ii.

Secundò limita, quando proxeneta deponeret ad im pugnationem actus ob sui utilitatem, quia tunc ratio uiget quare repellatur, scilicet propter commodum, quod sperat in actu perfecto, uel propter affectionem, ut perficiatur actus, quem procurat. Sed istæ rationes non militant, qñ ipse deponeret ad actus impugnationem absq; eius commodo. iuxta tradita per Alex.in conf. lv.uol.i. col.v. Corn.in cōs.lxiij.col.ij. in fi.uol.i.& facit quod no. Fel.in c.cùm a nobis, in iiij.col.in vij.limi.de testib.

Tertiò limita, quando deponeret ad probandum contractum vsurarium, uel simoniacum, ut est text.in c.i.de testib.in vi.Card.in cle.i.§.i.q.iij.de usur.

Quartò fallit in subsidium, quando alij haberi nō possunt: ut per Ant.de But.in c.cùm dilecti, de elect. in d.c. cùm a nobis col.ult. Milis in suo repert.in uerbo Testis, in antepe.col.per Corn.in d.conf.lxiij.col. ij.in fi.uol.i. Hipp.in sing.cccccxxxiij.

Quintò limita, quando ageretur de probanda aliqua qualitate alicuius actus, per quā actus non reciperet nec perfectionem nec improbationem: ut quando ageretur de qualitate actus iam perfecti, nec ageretur de eius retractatione, ut per Alex.in cons. cxxvij.in fi.uol.vii. Itē, quando ageretur de probando illud, quod perfici potuisset ante contractus perfectionem, ut per Salice.in l.nullus.ff.de test.

Sextò, si fuit adhibitus in teste instrumentariū, ut per Bal.in auth.sed nouo iure, col.ij.C.si cert.pet.


Tenendo secundam partem, ꝙ recipiatur eius testimoniū, limita & declara, ꝙ non est omninò integer, sed quanta fides sit illi adhibenda, est in consideratione iudicis, qui hoc considerat inspecta qualitate causę & ꝑsonarum: ut ꝑ Abb.in d.c.dilectorū.co.ii.de testib.cog. Alexā.in cōs.117.in fi.uol.7. Et not. ꝙ nō dicitur proxeneta quia partes uocauerit uel testes ad cōtractus celebrationem. Bal.in cons.xxxvij.incip.tria dubia uol.iiij.

Limita partē negatiuā, ut per Rui.cōs.34. col.i.uol.4.

CONCLVSIO
Et Regula XXII.

ARGVMENTVM.

Confeßio extraiudicialis geminata producit actionem.



EMINATA confeßio extraiudicialis producit actionem. Bart. in l. cum ſcimus, in fin. C. de agric. & cenſ. Abb. in ca. ſi cautio, de fid. inſtr. ad fin. & c. per tuas, de arbitr. in repe. colum. ix. Cyn. in l. i. de conf. Ioã. de Anan. in conſi. lv. incip. quia dubia. Rom. in l. ſed & ſi poſſeſſor. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iureiur. in l. nuda ratio, col. i. ff. de dona. & in conſi. ccxc. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. col. iii. Paul. de Caſt. in l. Publia. §. final. ff. de uerb. oblig. in fi. Iaſ. in l. nam & poſtea. §. ſi cum de hæred. in fin. ff. de iureiuran. in l. i. columni. vi. C. de pact. Socin. in reg. lxiii. fall. iii. Iaſ. in repet. l. admonendi, colũ. lxvi. ff. de iureiur. Corſet. in tracta. de uerb. geminat. quęſtio. xii. Soc. in conſi. xv. col. x. Felin. in cap. ſi cautio, col. iii. in ver. Fallit nonò, & in col. ix. in uer. Fallit vlt. de fid. inſtru. Alexan. in apoſtil. in l. capite quinto. ff. de adulte. Flor. in l. i. ff. de interrog. actio. Soc. in conſi. ccxxviii. colũna penul. Aret. in conſi. ii. col. iiii. deciſ. Neap. cccxxxvii. Iaſ. in conſi. ii. columnn. vi. volum. iii. Franc. Curt. in conſi. clxviii. col. ii. Hip. in l. i. §. quęſtioni. ff. de quæſtio. col. i. Calcan. in conſi. xix. col. iiii.

Contrarium tenuit Aretin. in l. triticum, in fin. ff. de verb. oblig. & idem dicit Iaſ. in d. l. triticum, ſentire Bar. ibi & idem dicit Iaſ. in l. nam & poſtea. §. ſi cum de hęred. ff. de iureiuran. ſed in ueritate Bart. in d. l. triticum, non contradicit, quia Bart. ibi ſentit, quòd vtraque per ſe non producat actionem ſed quòd ſimul iunctæ unam

tan-

tantum pariant actionem. Ideo illę confeſsiones intelliguntur de eiſdem decem. Sed ſi eſſent tales confeſsiones quod ſingulæ de per ſe ualerent, tūc quia una eſſet ſuperflua, niſi de aliis decem intelligeretur: ideo intelligitur in diuerſis: ut dicit Bar. in d.l. triticum. in confeſsionibus iudicialibus vide memoriale noſtrum cxv. in xii. fallentia.

Amplia, idem eſſe in geminata confeſsione criminis, quę pręiudicat plenè licet ſimplex non ſit. Fel. in cap. de hoc. de ſimon.

Limita pręcedentem regulam, quando confeſsionis geminatio fieret ex interuallo, non ſi incontinenti: ut per Alex. in l. i. col. v. ff. de uer. obli. & ibi etiam Are. Iaſ. Inſt. de actio. §. in perſonam col. x. Dec. in c. ſua nobis, col. fin. de appel. Fel. in c. ſi cautio, col. x. de fi. inſtr.

CONCLVSIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Bona nō ſufficere ad debitum, ſi opponatur, & aduerſarius neget, cui onus probādi incūbat.



VANDO aliquis dicit, bona non ſufficere, non tenetur aliud probare, ſed aduerſarij contrarium aſſerentis intentio eſt probanda, ut eſt gloſſ. in l. cum de lege. ff. de probat. per text. in l. final. §. licentia. C. de iur. delib. & illam gloſſ. ſequitur idem Bart. in d. §. licentia, in l. ſi conſtante. col. iii. ff. ſol. matr. in l. x. ff. de verbo. oblig. Bart. in rub. ff. de oper. nou. nunt. in l. conficiuntur §. codicilli. ff. de iure codicil. in l. i. §. ſi vſufructus, circa fin. ff. ad l. falcid. Bald. & Salic. in d. l. cum de lege. idē tenet Angel. & Imol. in l. mutum. ff. de acquirē. hæred. vbi etiam Alexan. & Ang. & Imol. in l. cum ex cauſa. ff. de re iud. Paul. de Caſtr. in l. maritum. ff. ſolu. matr. Bal. Ang. & Paul. de Caſtr. in dic. §. licentia. Imol. in l. neceſſarijs,

ubi etiam Alex. col. iij. in fin. ff. de acquir. hered. istud uoluit Paul. de Cast. in consi. ccxii. uol. i. col. pen. Aretin. in consi. cxix. incip. Procedendo breuiter, circa fin. Roman. in consi. cclxxvi. incip. Visis dubiis propositis, in ultimis uerbis. Ioan. Crot. in l. si constante. col. xiij. & sequen. ff. sol. matr. Alex. in consi. xli. in fi. uol. iij. & in consi. lxxi. in fin. uolu. iiij. & in consi. ccxxxix. col. ij. uolu. vi. Guid. Papæ quęstione etiam xlij. Decis. Neap. ccclxxvij. Ias. in insti. de actio. §. item si quis, col. xxxv. Gozad. in cōsi. xciij. colum. vii. Cassian. in consi. fol. cclxi. colum. i. Aymo in consi. lxxx. colum. iii. Ruin. consi. cxxxix. col. iij. uolumi. i. & consi. clxxxvii. col. ii. ubi dicit o. * cōmunem uol. i. & cōsi. cxvi. col. v. uol. ii. & consi. cxliiij. col. fi. ubi dicit communem uol. i. & in consi. cix. col. xv. uolu. iii. ubi idem dicit, & consi. xxxiij. colum. iiij. uolu. iiij. & consi. lxix. col. iiii. uol. quarto, & in consi. cccccxix. in fin. istud uidetur tenere Anto. de But. in c. fi. de probat. in c. contingat, de fi. instrum. Corn. in consi. cxcvii. uolum. 4. tenet, quòd sufficiat asserenti se esse proximiorem hoc dicere, nec alio modo aliud notificare debet. Ias. in consi. xxxiiij. uolu. i. colum. i. & col. iij. in fin. & seq. & illam glos. in d. l. cum de lege, esse communiter approbatam dicit Ruin. consi. cix. col. xv. uol. v. & consi. lxvii. col. vii. uol. v. & xci. col. ii. uol. v. & cxliii. col. 4. uol. v.

Contrarium Calcan. in consi. viii. col. xii. & consil. ix. sentit contrarium Gasian. in consuetu. fo. ccxli. col. 4. sentit idem ꝙ Corn. Fel. qui ponit rationem in c. ad aures, col. iiii. de rescrip. Franc. Curt. in consi. cl. col. 4. Soc. in cōsi. ciiii. col. fi. uol. iii. Fel. in c. fi. col. i. de præscrip. decis. Neapo. clix. in nou. Aymo consi. ii. col. iiii. & qui uult dicere defunctum reliquisse tempore mortis plures coniunctos debet ipse probare. Ruin. consil. cliiii. col. ii. uolumi. iii. Contrarium tenuit Iacob. de Butr. in l. actor. C. de ꝓbat. & in d. l. cum de lege. ff. de probatio. Imol. Roman. Alex. col. xii. & Ias. in l. si constante. ff. sol. matr. column. xxi. Paul. de Cast. in l. Mæuia. §. fi. ff. sol. matri. Imol. Rapha. Cuman. & Alex. in l. decem. ff. de uerb. oblig. col. iii.

Corn.

Corn.in l.fi.§.licentia,ubi etiam Iaſ.col.i. Aret. in l.in il la,in pen.col.ff.de uer.oblig.Imol.in rub.ff.de oper.nou. nuntia.colum.ii.& ibi Alex.col.xii.& in d.l.fin. in §.licen tia. C.de iur.deliber.Lancelot.Deci.in d.l.ſi conſtante, col.i.& ibi Claud.col.xv.& idem Claud.in dict.l.decem. Maria.Iun.conſi.xxvi.col.iii.uol.ii.Et pro iſta opi.facit. Nam,ſi aliquis uult teſtem cogi ad teſtificandum in ſub ſidium,debet hoc probare,nec ſufficit ſibi allegare,quòd non habeat alios teſtes:ut per Anto. de Butr. in c.ſuper eo,de teſtib.refert. Aret.in c.dilecto,col. iii.eod.titul.& qui uult dicere beneficiũ eſſe maioris ualoris debet probare.Rebuff.in tract.nominat.fol.xlvi.& qui uult dicere aliquem teſtatum deceſsiſſe,debet probare.Beltr. in cõſ. cxxxii.col.pe.uol.ii.Et ſimiliter qui dicit aliquem deceſſiſſe inteſtatum,niſi fama & cõmunis opinio fendet intentionem,debet probare.

Et qui uult dicere aliquem deceſsiſſe ſine coniunctis ipſe probat Beltran.in cõſi.ccxxxii.col.i.uol.iii. qui uult dicere extare plures coniunctos,ipſe probat Ruin.conſ. cxxxiiii.col.ii.uol.iii.

Qui uult dicere plures potuiſſe reperiri tẽpore peſtis ipſe probat.Prob.in c.tibi qui,col.vi.in fi.uer.& ſic,ut p̄dixi,de reſcrip.in vi.Et qui uult dicere non reperiri plures teſtes,ipſe probet.Rui.conſ.lxvii.col. vii.uol.v.

Tenendo primam opinionẽ quę uidetur magis ✠ cõmunis, Limita,niſi fama & communis opinio ſe haberet in contrariũ,ut not.Bar.in l is poteſt,col.pe.ff.de acqui. hęred.ex cuius doctrina colligitur iſta limitatio. & propterea ſi probat rem perueniſſe ad aliquem,quia pręſumitur penes illum exiſtere,niſi probet de perditam uel diſtractam:ideo non ſufficit aſſererem rem apud ipſum non extare.ut no.Bar.in l.ſi quis ex argentariis.§.an uero hęredi.ff.de edẽ.& Iaſ.in cõſ.xxxiiii.col.4. dicit ꝙ gl. illa procedit q̃n præſumptio eſt pro illo qui negat.

Tenendo aliam opinionem , limita , non procedere confecto inuentario per hæredem : quia tanta eſt præ ſumptio pro inuentario, quòd transfert onus probandi

con-

contrarium in aduersarium, & ita procedit gloss. in d.l. cum de lege.& omnia dicta Doctorum, qui dicunt hęredem habere fundatam intentionem ex inuentarij scriptura: vt dicit Paul.de Cast.in consi.ccvii.col pe.uol.i.ita declarat Alex.in d.l.si constāte,col.xii.& ibi Ias.col.xxi. Corn.in l.fi.§.licentia,ubi etiā Ias.C.de iur. delib.Rui. consi.xlix.co.i.& seq.uol.v.& cons.lxxxi.col.fi. uol.v.idē si alia concurreret pręsumptio pro negante. & ita declarat Fel.in c.ad aures,col.iiii.de rescrip Clau.in d.l.si cōstante,col.v.& in l.decem.ff.de verb.oblig.Ias.in consili. xxxiiii.col.iiii.uol.i.Lofred.consi.xxxii.col. vii. Marian. Iun.consi.xxvi.col.ii.vol.ii.

Item limita non procedere, quando aliquis substineret partes rei: quia tunc sufficit reo dicere,quòd bona nō sufficiunt,& nihil aliud tenetur docere: secus si sit actor. & ita intelligitur principalis conclusio, ut dicit Paul.de Cast.in l.Męuia.§.fi.ff.sol. matr.ita respondendo ad gl. in d.l.cum de lege.& idem dicit Imol. in rub.ff.de nou. oper.nunt.& uidetur fuisse de mente Bart. in l.si uero. §.qui pro rei qualitate.ff.qui satisd.cog.Maria.Iun.consi.xxvi.col.iii.uol.ii.Alcia.de pręsump.in iii.regu.in xxi. pręsump.Est verum,quòd istam opinionem videtur impugnare Alexand.in d.rub.ff.de nou.oper. nunt.col.xii. dicens,quòd est una truffa, uide eum.& idem dicit in d. §.licentia.& Ias.ipse impugnat in consi.xxxiiii.col.v.uolu.i.& has duas limitationes ponit appostil.ad Bar.in rubri.ff.de no.oper.nunt.

Aliam limitationem ad gl.in l.cum de lege,ponit Ias. ex mente aliquorum in consi.xxxiiii.col.v.sed etiam ibi eam impugnat,ut per eum.


Aliam limitationem ponit Loffred.in cōsi lii.col.vij. Aliam Ruin.consi.iiii.col.ii.uol.v.&:cons.lxxxi.colum. fi.uolumin.v.

CONCLV-

CONCLVSIO XXIIII.

ARGVMENTVM.

Doctori consuetudinem attestanti, an credatur.



OCTORI attestanti consuetudinē statur & creditur, nisi contrarium probetur. Bart.in l.de quibus, in repe.ff.de legib.colum.x.Bald.in c.cùm dilectus, de consuetu.colum.ii.Cuma.in cons.lvii..incip.Monasterium,in fi.& in consi clxix.incip.Viso testamento, circa medium.Bartholomæ.Veron. in consi. lviii.incip. Paulus Faber col.iii.Paul.de Cast.in consi.clxiiii.inci.In præsenti causa.col.i.uol.ii.Lanfran.in repe.ca.quoniam contra,col.xxx.in uer .responsiones. de probat. Dec.qui dicit istam partem * communem in consi.cccccxix.colum.ii.& in §.mutui dacio,in ii. lectura column .ii.in l.ii. ff.si cert.petat.& in cōsi.Dcxci.col.ii.& in consi.Dcxciiii. col.i.& in consi.cccccxl.colū.iii.in quibus locis attestatur istam esse communem opinionem & in consi.Dcxci.colum.fin.Calcan.in consi.lxii.colum.ii.Rip.in iii.responso in iii.lib.Deci.in consi.Dcxciiii.Barb.in consi.viii.col. ix.uol.i.& in consi.xiii.col.pe.uolu.ii.Soc. in consi.lxvii. col.viii.& in consi.cxviii.colū ii.& in consi.cclii.colū.viii. & in consi.cclxxv.col.ii.Ias.in consi.clxviii.col.v.uolu.ii. Paris de Puteo in tract.Synd.char.xxxvi.colū.i.& char. xliii.colum.iiii.declara,ut per Brun.in consi.lxvi.Franc. Curt.in cons.lx.col.ii.& in consi. seq.col.iii.Guido Papæ quæst.cxxxix.& in consi.xviii.Cassan.in consi.lxiiii.colum.iii.& in consuetu.fol.cccxxix.col.i. Rebuff. in concord.fol.lxvii.Gozad.in consi.lix.colum.iiii.vbi dicit cōmunem Beltrand.in consi.xi.colum.ii.uol.ii. Loffred.in consi.x.col.iiii.

Contrarium, Bal. in lege si is qui.§.antiphona.ff.de pignor.

pignor.& in l.consentaneum,colum.penul.in v.opposit. C.quom.& quan.iud.in l.fi.colum.pen.C.de fideicom. in l.cum quidam.§.quod dicitur,circa fi.ff. de acquir.hę red.Imol.in l.j.§.nuntiario.colū. iii.ff.de ope.nou.nunt. Alexan.in l.post dotem.ff.sol.matr.col.pe.& in cons.50. colum.ij.uol.v.Aret.in consi.cxxxii.incip. In causa quæ uertitur.col.ii.Corn.in consi.lxxxiij.incip. Circa primū colum. iii. Deci. qui dicit istam * communem in consili. ccccii.col.fi.& in consi.cccclxxii.columni.iii.& in consilio cxlii.col.ii.Soc.in consi.xcvij.incip.Præsens consultatio, in antepenult. colum.uolu.iii.Corn.in consi.lxxxiii.incip.Circa primam,colum.iii.uolu.iiii.Ias.in l.de quibus, colum.pen.Hip.in sing.Dclxxviii.nu.41.& seq. Barb.in consi.xliii.uolum.i.nu.13.Curt.in consi.lxxix. col.fi.idē videtur de mente Alexan.in consi.50.col.ii.uolu.v.& in consi.v.col.pen.& in consi.xxvi.col.i.& col.v.uol.iii.Pur pur.in l.i.col.vi.C.de trāsact.& in l.trāsigere,col. viii.C. de transact.Hip.in pract.crim.§.constante, column.iiii. Aymo in consi.clxvi.col.pe.tenet quòd non credatur in totum,sed faciat pręsumptionem propter quam transfertur onus probandi contrarium in aduersarium.Grat. in consi.xii.col.vii.uol.i.ubi dicit communiter teneri, & in consi.4.col.v.uol.i.& in consi.xiii.col.fi.uol.i.ubi dicit communiter teneri,& consi.cxi.col.pen.uolu.ii.Marian. Iun.consi.lx.uol.ii.Ruin.consi.cxi.col.fin.uol.v.Gram. in xiii.uot.Cassan.in consuet.fol.cccxciii.colum.i.Rip.in lib.i.in iii.respon.in iiii.colum. Gomes.c.i.char. xviii.col. ii.de consti.in vi.Gozad.in consil.xxxv.column.iii.Ioā. de Sylua in tracta.de benefi. fol. lxxiiii. column. i. Beltrand.in consi.cxliiii colum.ii.uolu.iii.& in consi.clxxxi. ubi dicit istam communem col.v.uolum.iii. & in consil. ccxc.col.x.uolu.iij.& in consi.cxxiiii.uolu.i. & in consil. clxi.col.ii.uol.ii. ubi dicit istam communem opinionem Roch.in c.fi.col.xcv.in uer.Quintò quæro, de consuet. alias cxciiii. colū.secundum paruam impress.Loffred.in consi.xlii.colum.pen.Paris.ubi dicit istam com.in consi. xxv.col.iii.& seq.uolu.i.in consi.xxxi.col.ii. uolum. i.in

cons.

consi.clviii.col.iii.uol.iiii.


Si autem verba promiſsiua & exequutiua referantur ad dominum,valet ſtipulatio ſecundum gl.in d.l.in omnibus.& idem Io.Fab.in d.§.ſi quis alij,col.i.

Sed contrarium eſt verius,vt ibi per Bar.Ang Imol. & Alex.qui dicunt,glo.illam communiter reprobari in l.ſi procuratori.ff.de verb.oblig.

Sunt aliqui caſus,in quibus procurator domino quærit actionem ſiue ceſsione, quorum quatuor ponuntur per Ang.& Imo.in d.§.ſi ſtipuler,col.i. Roma.in conſi. cccxli.col.i.& ſeq. Primus,ſi procurator rẽ domini ſtipuletur.Secundus,ſi ſtipuletur ex re domini. Tertius in ſtipulatione prætoria: Quartus,ſi ſit præſens dominus tempore

tempore stipulationis. Tres alios casus ponunt Ange.& Alex.in l.possessio.§.& si possessio,ff.de acq.poss.

Alium casum ponit etiam Bar.in d.l.possessio. §.& si possessio.& in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.infect. quando stipulatio fit super re inseparabili,& quæ personæ cohæret,vt ibi per eum: & sequitur Alex.in d.§. & si possessio,circa fi.

Vide ad istam limitationem de procuratore, Nicol.in xvii.concord.glo.

Vigesimoprimò limita in negociorum gestore, qui potest suo principali stipulari.Bartol.in d. §.si stipuler. xii.col.xii.casu.& hoc intellige,& declara, vt ibi per Alexan.colum.ii.

Vigesimosecūdò limita in stipulatione facta per procuratorem militis,quia ita acquirit ex stipulatione militi suo principali,prout tutor vel curator pupillis & adultis.& propterea quærit militi, etiam quòd verba obligatiua & exequutiua referantur ad ipsum militem.in l. si pecuniam. ff. si certum petat. & ibi Bartol.& Bald.& Paul.de Cast.

Vigesimotertiò limita in stipulationibus prætoriis in quibus quis potest alteri stipulari. l. in omnibus, ff. de præt.stip.l.damni.§.fi.ff.de damn.infect. l.causæ.§.fi.ff. de procur.no.gl.in d.§.si quis alii.instit.de inutil.stipu. & in d.l.damni.§.fi.ff.de dam.infect. in d.l.causæ.§.fin. & ibi Ang.& Paul.de Cas.in d.l.certi conditio.§.si nummos.ff.si cert.pet.Tamen hoc intelligitur,quando stipulatio prætoria fuit interposita in iudicio, & non aliter: ita declarat Din.Oldra.Bar.& Bal.& ibi clarius Imo.in fin.in d.l.in minoribus.ff.de præt. stipul. vbi dicit ita limitandam glo.in d.§.si quis alicui.instit. de inutil. stip. Contra istam limitationem tenuit Paul.de Cast.in d.l. in omnibus.

Vigesimoquartò limita, nam præsenti potest acquiri ex stipulatione facta per alium.tex.est in l. si procuratori præsentis.ff.de verb.obl.ponit gl.in d.§.si quis alicui. instit.de inutil.stip.& gl.i.in l.iii.C.de inutil.stipu.

Vigeſimoquintò limita in prælato eccleſiæ, qui poteſt eccleſiæ ſuæ ſtipulari ita dicit Ang.in d.§.ſi inſulā. in l.ſtipulatio iſta,col.ii.ff.de verb.oblig.

Vigeſimoſextò limita in omni ſtipulatione iudiciali, vt per Imo.in d.§.ſi ſtipuler,col.pe.Pau.de Caſt.in d.§. alteri,col.fi.Io.Fab.in d.§.ſi quis alii,col.i.glo.in l.quod procurator ex re.ff.de procur.

Vigeſimoſeptimò limita, quando aliquis mihi ſtipulatur quid ſuper re aliqua, vt in terminis l. quod procurator ex re.ff.de procu.& ibi glo.& d.§.ſi quis alii.inſti. de inutil.ſtipu.Pet.in l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi. Bar.in l.ſoluta.§.per liberam,in pen.oppo.ff.de pig.act.

Iſta limitatio poteſt multipliciter intelligi. nam aut dicimus ſtipulationem eſſe appoſitam ſuper re, ideſt ad ipſius rei reſtitutionem domino faciendam, & proculdubio ipſi domino vtilis actio acquiritur ex ſtipulatione.tex.eſt in l.pen.C.ad exhiben.& no.Bar.in l.procurator.ff.de procu.& in d.§.ſi ſtipuler,in l.ſtipulatio iſta, ff.de verb.oblig. Aut dicimus ſtipulationem appoſitam ſuper re, ideſt ad illud quod ex ipſa re prouenit, vt eſt quando ſtipulatio eſt facta vel circa rei fructus vel partus:& tunc ſimiliter valet ſtipulatio alteri facta, vt ait glo.in d.l.quod procurator ex re.

In penſione autem rei meæ idem tenuit Bald. in d.l. quod procurator,& ibi Ang.& Pau.de Caſ.idem tenuit glo.in c.quanquam,in verb.poſsint acquirere. de vſur. in vi.Phil.Franc.col ix.

Contrarium Io.And.in d.c.quanquam,in vii.col.allegans ita tenere Franc.Accurſ.in l.Iulianus, §.ſi procurator,ff.de act.emp.& idē tenuit Dom.in d.c.quanquā, col.vi.& Alex.in d.l.ſtipulatio,§.ſi ſtipules,col.3.

Item prædicta limitatio eſt vera in eo,quod quis ſtipulatur vel circa rem ipſam,vel ex re ipſa, ſecus ſi occaſione ipſius rei quid fuerit ſtipulatus:quia tunc licet res ſit mea mihi actio non quæritur.ita Bar. in d.§.ſi ſtipuler,col.fi.& in d.l.quod procurator ex re.in l.ſollicita.§. per liberam,ff.de pig.act.

Contra-

Contrarium, ꝙ idem sit in pacto adiectionis in diem, prout in pacto legis commissoriȩ, ꝙ actio non quæratur domino: tenet glo. in l.i.C.per quas person. & ibi Bart. Bal.& Sali.& Ro.in d.§.si stipuler.

Ista omnia, quæ in præcedenti limitatione dicta sunt procedunt vbi non dominus domino stipulatur, sed vbi dominus non domino stipulatur super re sua, tunc dicẽdum est secundum Bar.in d.§.si stipuler, quòd si res durat, valet stipulatio, & acquiritur actio ex stipulatione per tex.in l.Publia, in princ.ff.depositi.& ibi not.glos.& Bar. Bal.Sali.& Pau.de Cast.& Barto.in l.pactum.C.de pact.conuent.

Contrarium voluit Bald.in l.cum patrem, col.i.in fi. & seq.de iure dot.

Vigesimooctauò limita in seruo, qui ex stipulatione domino suo actionem acquirit.l.quicunque, in princ.ff. de verb oblig.

Vigesimononò limita in monacho, qui abbati & suo monasterio acquirit ex stipulatione.glo.in c.i.de infirm. & lang.tex.in c.abbates, & ibi glo.xviii.q.ii. tex.est in c. quando, de offic.ordi.

Trigesimò limita in papa, qui potest stipulari pro omnibus ecclesiis.Ant.col x.& Abb. in d. procem. Decret. col.vi.post gl.in verb.seruus.

Trigesimoprimò limita in Imperatore, & Rege, qui possunt stipulari respectiuè ad vtilitatem imperij, & regni.Anton.& Abbas in d.procemio Decretal. & in locis supra allegatis.

Trigesimosecundò limita, vt amicus amico stipulari posit.Cassan.in consue.fol.149.col.4.vide suprà in vii. ampliatione.

Trigesimotertiò limita in stipulatione fideiussoris, vt per Feli.in c.si cautio, col.ix.de fid.instr.

Trigesimoquartò limita, quia potest stipulari omnis cuius interest. Paris.in cons.xii.col.iii.vol.ii.

Trigesimoquintò limita, quia valet stipulatio alteri facta in instrumento guarentigiato. Grat.in consilio


xii.col.ii.volu.i.Bartol.confil.lxxi.

Trigefimofextò limita,quia vnus de familia poteft ftipulari,vt res maiorum detur alteri de familia. Tiraq.de retract.fol.8.

CONCLVSIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fęminas ob mafculos,an fit fauorabile ratione agnationis conferuandę.



VòD in ftatuto excludēte fœminas propter mafculos,fit ratio conferuandę agnationis,tenuit Io.And.ad Spec.in titu. de fucceff.ab inteftat.fuper reb. Cuma.Alb. Sal.col.pen.in l.i.C.de adult. Bart.in l.ii. §.videndum,ff.ad Tertul. Bald.in l.ii. circa fin. C.de in ius voc.in l.certum,col.i.C.vnde leg.in l.i.col.xi. verfi. fubfequenter quæritur.C.de fum. Trin. Bal.in l.quod verò,col,i.ff.de legib.& in l.maximum.C.de liber.pręt. col.iii.& ibi Sal.col.ii.in fin.Rom.q.xvi.col. Ange.in q. lxviii.col.i.& fi.Pau.de Ca.in q.xl.incip.præfens cafus. vol.ii.Ange.q.cxxi.col.i. & feq. & in q.cxl.col.i.& q.cv. col.i.& q.ccx.col.ii.Card.in q.lx col.fi.Fulg.in q.lxxviii. col.i.Alex.in q.xx.ver.vi.vol.i.& in q.cxi.col.pe.vol.iii. Cur.feni.cōf.lxxx.col.iii.alias in cōf.lxxxi.vol.i.& feq. Immo ꝙ ifta fola fit ratio iftius ftatuti,& propterea ex ea liceat arguere, prout fi effet expreffa,quia vnica reddi poteft,tenuit Bald.in d.l.maximum vitium.col.iiii. Rom.in cōfi.xxxii.in fi.col.i.& ii.in fi.Cuma.in confi. ii.col.i.in fi.licet non loquatur in ftatuto,fed in difpofitione teftatoris.& in difpofitione teftatoris loquitur Grat.confi.lxiiii.col.i.volu.ii.& Rui.confi.xx.col.v.volu.ii.& confi.lxxxix.col.iii.eod.vol.& confi.xciii.col.ii. & confi.cvii.col.ii. & confi.cxi.col.v. & confi.cxliiii.col. penul.& confi.cl.col.ii.& conf.clii.col.ii. & confi.clxxx: col.fi.

colum.fi.& consi.cciii.colum.v. in fin.volu.ii. Tiraquel. in tract.cessante causa,in xii.limitatione,nume.15. Roman.in conf.ccccxi.colum.i. Deci. in conf.cccxxxiii. colum.iii.Ias.in consi.ccv.colum.ii.& consi. ccxxi. colum. v.volu.ii.Deci.in consi.ccclxxii.Deci. in consi. ccclxxii. colum.ii.Alexand.in consi.lxxxix.colum.ii. volumi.vi. Paul. de Cast. in l. si verò §. de viro. ff.solut. matrimo. Curt.Iun.in consi.lxxxvii. colum. penulti. & in consil. cxi.colum.4.& in consi. cl. colum.i.Angel. Aret. in §.i. in finali.colum.instit.de iure natu. gent. & ciuil.Soci.in consi.cxxviii.col.i.volu.4.Paul.de Cast.in consi.xl. volu.ii.incip.Pręsens casus.Alex.in consi. cx. colum. pen. volumi.iii.

Contrarium,quòd ista non sit sola ratio istius statuti,tenuit Bart.in l.liberorum,colum.vi.ff.de verb. signi. Soc.in consi.i.col.fi.Alex.in consi.lxxx. colum. 4. volu. j.Ias.in l.i.colum.3.C.de successorio edict.Aret. in consil.37.colum.fina. Alexand. in consi. xcvii. colum. fina. volumi.ii.& in consil.84.colum. fina. volumi.4. Gozadin.consil.35.colum.fina. Ias. in l.ii.§.prætor. colum.ij. ff.de in ius vocando.Corne. in consil. cclxxi. colum. iii. volumi.4.& in consi.cccv.colum. iiii. eod. volu. Iaso. in conf.cxxvi.in fine volumi.i.Socin.in conf.xxvii.colum. fina.volumi.4. Lap.alleg.101.colum.4.in fin. & sequen. Deci.in consi.cccli.in fin.

Limita,secus in pacto,secundum Ruin. in consi.xlix. colum.fin.volu.i.

An in dubio pręsumantur plures rationes, vide Cassa.in consi.xiiii.colum.fi.in fi.Fel.consi.ccccvi.col.i.

Et quis probet esse vnicam rationem, vide Paris.consil.xli.col.penul.volumi.iii.vide omnino Marian.Socin. Iun.in consi.i.colum.xiii.& consi.vi.colum.iiii. & consi. x.colum.fina.

CON-

CONCLVSIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter mares ratione conseruandæ agnationis, an liceat ad personas non specificatas extendere.



ED an iuxta eandem rationem, quæ in statuentibus considerata videtur, liceat dispositionem statuti excludentis propter masculos fœminas, extendere ad personas non specificatas in statuto? Bal. in l. sed & milites. ff. de excusa.tut. tenet quòd non, & in l. illam col. j. C. de coll. sentit Imol. in l. si viro. §. de viro, col. fin. ff. solu. matri. Idem tenet expressè Deci. in consil. ccccli. in fi. & in consi. 511. col. fina. & in cons. 559. & in consil. 315. col. pen. & in cons. 589. colum. i. in fi. & seq. & in l. i. col. fi. C. de successo. edict. Socin. in cons. ccc. colum. viii. Io. Ant. Alex. in consi. cx. Corn. in cons. xcvii. col. fi. volu. iii. & in consi. lxxxii. col. pen. & fin. volu. 4. & in consi. cccviii. col. i. vol. eod. Alex. in cons. xcvii. col. ii. volu. ii. Capra in cons. cxxxvii. col. i. Deci. in cons. 684. Paris. in cons. xlix. col. x. vol. iii. Maria. Iun. cons. i. colum. 14. vol. j. & cons. cviii. col. vii. volum. vii. Ruin. in cons. 143. col. pen. volu. ii.

Contrarium sentit Ias. in d. l. i. C. de success. edict.

Et statutum dictans quòd frater excludat matrem, non tamen isto casu soror excludet matrem. Corn. in cons. lxxxii. colum. i. volu. 4. allegat Bald. in consil. 318. incip. viso statuto. Deci. in cons. 635. Brun. in tract. ꝙ stantibus masculis fol. ix. col. i.

Et stante statuto, quòd frater patruelis excludat matrem, non excludit matrem soror patruelis. Bald. in consilio xlvii. colum. quinta. Brun. in dicto tract. quòd stan

tibus

tibus masculis fol.ix.colum.iii.

Contrarium Bal.in consi.xlvii.in v.volu. Brun.in d. tract.fol.lxv.col.x.

Etiam stante statuto, quòd fœmininum sub masculino comprehendatur. Brun.in d.tract.fol.ix. col.4.

Et statutum, ꝙ frater excludat matrem, intelligitur de consanguineo, vel vtrumque coniuncto.

Et statutum quòd frater & filij fratris excludant sororem in successione fratris, non tamen patruus excludet sororem: vt not.Ioan. Anton.Alexan. in consil. cxviii. Paris. consil. cx. volumi.iii. Et statutum de fratre, quòd excludat sororem, habet locum in fratre carnali, non autem de fratre patrueli. Bald. in cap.i. in fine de feud.march.& in cap.quæ in ecclesiarum, colum. penulti.in fine, & sequen.de constitu.& in l.iubemus.§.fina.C. ad Trebellia. Alexand. in l. prima. C. de success. edict. & in consi.xcvii.colum.ii.volumi. ii. Petr. de Ancharan.in repetitio.c.i.de constitu.circa medium, versi. dicto de filiis & nepotibus. Socin. in cons. ix. colum.iii. Deci.in cons.511.colum.fina.Alexan.in consi.204. colum.penult.volu.ii.Iaso.in cons.ccv.colum.viii. volu.ii. & per totum consil. Aret. in l. Gallus.§. nunc de lege, in fine.ff. de liber. & posthum. Deci. consil.679. Brun. in tracta. quòd stantibus masculis fol.lxvii. colum. iiij. in fin. & sequenti, vbi dicit istam * communem. Paris. consil.cx.colum.iii.volu.iii.Grat.consil.xx. colum.ii. & iij.& consil.xxxviii.colum.fina.volumi.i. & consil. ciii. colum.fina.volum.ii.Rui.consi. xix. colum.vii. volu.ii. & consil.lxxxii.col.i.& consi.31.colum.ii. & consi. xliii. colum.i.& cons.liii.colum.ii. & consil. xciiii. colum. penulti.volum.iii.

Contrarium tenuit Ioan.Andr. in addit. Spec. super rubr.de succes.ab intesta.referens disputationem Iacob. de Aren.Bald.in l.scimus in fi. princip.C.de inoffic.testamen.Rom.in l.i.C.de successo.edict. Alexand.consi. xxxvi. colum.ii. volumi.vi.& consi. lxxxix. colum. iiii. in fi.& sequen. versicu. his tamen non obstantibus. volumi.

lumi. eod. Rui. in consi. cciii. colum. vi. & consi. xciiij. colum. pen. volu. 3.

Tamen possint istæ opin. concordari, vt per Alexan. in d. consi. cciii. colum. pen. & Barba. in apostill. ad Bald. in dicta l. scimus, in fin. C. de inoffic. testamen. quia, aut quærimus vtrum frater patruelis excludat sororem carnalem, & dicendum est quòd non: ita procedat prima opinio. Aut quæritur, an excludat sororem patruelem, & excludet illam, ita procedit secunda opinio. & ita in hoc vltimo casu consuluit Ang. vt refert & sequitur Iaso. in consi. lxvii. colum. fina. volumi. primo. Ruin. consil. xix. colum. vii. volu. i. & consi. xv. colum. 4. & consil. xxxi. colum. ii. & consi. xliii. colum. ii. & consi. liii. colum. ij. volumi. iii. Et ratio præcedentium decisionum esse potest, nam licèt eadem ratio conseruandæ agnationis militet, non tamen est tanta ratio in personis non expressis, qui sunt vlterioris gradus, prout in expressis, qui sunt gradus proximioris, & propterea vbi militat par ratio vel maior, non fit extensio statuti. Socin. declarat in consi. xxx. colum. viii. & in consi. ix. colum. ii. volumi. iii. Secus si personæ vlterioris gradus succederent in locum illius proximioris, qui excludit ex forma statuti, prout est quando filii succedunt in locum patris: quia concurrunt cum patruis ad successionem auunculi, vel patrui, vel aui: vt per Paul. de Cast. in consi. incip. Hæreditas pertinere videtur. sequitur Socin. in consi. ix. colū. fina. volumi. iii. & in consi. xxx. maximè colum. viii. Bene verum est, quòd caput inclusiuum, licèt non extendatur ex paritate rationis, tamen extenditur ad maioritatem. & ideo, si frater patruelis excludit sororem, multo magis frater carnalis. Curt. Senior. in consi. ix. colum. prima, & sequen.

Et statutum excludens matrem propter patruū magnum, multo magis excludit propter auum paternum. Paul. de Cast. in consi. cccc xxxvi. secundum antiquā impressionem. Laurent. in suo tract. fol. x. colum. iii. & excludens statutum matrem propter collaterales, mul-

to magis propter auum paternum. Brun. in tract. quòd stantibus masculis. fol. 67. colum. ii. in fin. & seq.

In capite etiam exclusiuo non extenditur vltra personas specificatas. Paris. consi. xlvii. colum. x. volu. & ideò stante statuto, quòd patruus excludat matrem, non tamen excludet sororem vel amitam, vt per Bald. in l. illam. C. de collat. sequitur Deci. in consi. 569. & in consil. 589. colum. penulti. & in consi. DCLXXIX. & DCLXXXIIII. & DCLXXXVIII.

Contrarium Bal. in l. si defunctus. C. de suis & legitl. Corne. in consi. cclxxvi. col. ii. & seq. volu. ii.

Et statutum excludens amitam, non excludit materteram. Bal. in l. quod vero. ff. de ll. Deci. in consi 589. colum. penult. & 659.

Et statutum excludens materteram, non excludit amitam. Bald. in l. si quis. C. ad Tertullia. Dec. in d. consil. 589. colum. penult. nec econtrà. Brun. in dicto tract. fol. 19. comm. iii.

Et statutum excludens auunculum, non excludit materteram Corn. in consi. lxxxii. colum. pen. volu. 4. & in cons. cclxxi. colum. iii. & in consi. cccv. in fi. colum. ii. & sequen. & in consi. cccvii. col. i. & in cons. xc. colum. penult. volu. 4.

Et statutum excludens auum, non excludit auiã. Bal. in l. quicũque. C. de ser. fugi. col. iii. Corn. in cons. lxxxii. col. ii. vol. 4. & in consi. 27 i. Alex. in consi. xlv. col. ii. vol. vii. Capra in consi. cxxxvii. col. ii. Brun. in d. tract. quòd stantibus masculis. fol. 8. col. 4. & fol. 9. col. iij.

Et statutum excludens filias, non excludit neptes ex fratre, ita consuluit Corn. in d. consi. lxxxii. volu. 4. & potest esse ratio, quia vbi agitur de exclusione fienda per personas non specificatas, non attenditur idemptitas rationis, quia etiam stante idemptitate non extenditur ad personas non specificatas, vt dicit Ang. in d. consi. ccx. colum. i. Paris. consi. xlix. volu. iii. dicit tamen Curt. Senior in cons. xxxiiii. col. v. quòd si consuetudo excludit sororem, excludit etiam filiam fratris.

Con-

Contrarium, quòd etiam ex idemptitate rationis fiat extensio respectu successionis passiuæ, prout excluditur à successione masculorum, excludatur à successione fœminarum. Brun. in tract. quòd stant. masc. fol. ix. col. ij.

Et statutum excludens fratres, excludit etiam fratres patrueles. Ang. in consi. 343. incip. totum prædictum statutum. Ias. in l. j. col. fina. C. de success. edict. Brun. in d. tract. fol. 68. col. 4.

Et propterea statutum excludens dotatam à patre à successione matris, aui materni & auiæ maternę, multo magis excludit à successione patris. Pau. de Cast. in consil. 338. col. 3. secundum antiquam impressionem. Brun. fol. 38. col. ii. in d. tract.

Et statutum excludens matrem, excludit auiã. Bald. in l. illam, in primo not. C. de collat. in l. Nesennius. colum. j. ff. de nego. gest. Iaso. in d. cons. cxli. col. vi. Soci. in consi. ix. col. ii.

Contrarium Capra in cons. cxxxvii. colum. i. Deci. in consi. 625. per Bal. in l. si quis. C. ad Tertul. Deci. in consil. 634. & in cons. 656.

Et statutum excludens matrẽ, dicitur excludere omnes cognatos. Bar. in d. l. ii. §. vidẽdum. ff. ad Tert. Corn. in cons. cccvii. col. 3. & in consi. cclxxvi. col. ii. in fi. & seq. volu. 4. Aret. in cons. clix. col. 4. Soci. in cons. ccvii. col. fi. Ruin. in §. & quid si tantum, in l. Gallus. ff. de lib. & posthu. col. 58. Dec. in consi. 658.

Contrarium ibi Alex. & in l. illã. C. de collat. Pet. de Anch. in c. canonum statuta, de constitu. col. xxvi. Paris. consi. xlix. colum. viii. volu. iii. & x. & xi. Item declara, vt per eundem cons. lxix. col. xi. volu. iii. Ruin. cons. xlix. col. ii. volu. i. Item quando mater viueret, secus si mater fuisset præmortua. Ang. in d. l. illam. Paul. de Cast. in l. si defunctus. C. de suis & legit.

Licèt contrarium teneat idem Paul. de Cast. in dicta l. illam, col. iiij. Ruin. cons. xv. colum. secunda, & quarta, volumine tertio.

Et statutum excludens patrem vel auum, excludit

omnes

omnes ab eo descendentes. Corn.in conf. xcvii. colum. fina.volumi.4.Brun.in d.tract.fol.lxviii.colum.ii. Lauren.in §.cæterum colum.xxi.& sequen.institu. de legitim. agnat. success. Paris. consilio xciiii. columna fina. volumi.iij.

Contrarium Paul.de Cast.in cons.clxiiii.vol.j.

Est verum quòd Corne.in cons. clxxi.col.4. volu.4. dicit,quòd non semper est verum,quòd personæ remotiores virtute capitis inclusiui censeantur exclusæ, & in cons.cclxxvj.colum.ij.& sequen. volu.4. & in cons. xc. col.fi.volu.3.

Tenendo tamen illam opinionem primã, limita, nisi mater excludatur propter aliquam qualitatem, quæ in remotioribus non concurreret.Corn.in consi.234.in fin. volu.4. & quòd ista ratione persona remotior censeatur exclusa à statuto ratione maioritatis rationis, licèt non sit expressa in statuto,ponit Soci. in d. consi. ix. colum.ij.volu.3. Roman.& Alexand. in l. prima. C. de success. edict.

Et secundum istam rationem dicendum esset, quòd stante statuto quòd mater excludatur, etiam amita censeatur exclusa. & ita tenet Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legitim.

Contrarium tamen tenuit Paul.de Cast.in d.l.si defunctus.quòd statutum excludẽs matrem propter agnatos,non excludat amitam propter agnatos. Alexand.in cons. xcvii.col.ii.volu.ii. Capra in cons.xcviii. Brun. in tract.quòd stant.mascu.fol.18.colum.i.Ruin. consil.43. colum.ii.& cons.xlvii.colum.ii.volumi.3. & secundum opin.istorum etiam à maioritate rationis non fieret extensio quò ad caput exclusiuum, ad personas non expressas in statuto: & ita ipsi videntur expresse tenere in locis suprà allegatis.

Statutum excludens matrem & cognatos, nõ excludit nepotem ex fratre.Corn.in consi.lxxxii.vol.iiii.

Bene verum est, quòd tale statutum vbi verba possunt conuenire, latè intelligitur. & ideo stante statu-

to,

to,quòd frater excludat sororem, frater excludet sororem siue sit frater defuncti,siue sit frater exclusi. Rom. in consi.xv.col.fi.Georg.Nat.in c.quamuis col.xlvii. & seq.de pact.in vi.Curt.Iun.in cons.v.col.13.

Contrarium tenet Ias.& Deci. in d.l.i. C. de success. edict.Io.Ant.Alex.in cons.118.Brun.in d.tract. fol.69. col.iii.& seq.Ruin.cons.xv.col.vii.vol.3.

Et statutum excludens sororem, excludit etiam sorores patrueles.Brun.ibid.fol.19.col.4.

Hoc verum,quò ad masculos excludentes, non quò ad fœminas exclusas.nam non intelliguntur latè verba, prout in coniunctis dicit Brun.in d.tract.fol.65.col.j.

Et quando excludit coniunctos ex latere patris,intelligitur de coniunctis ex latere patris succedere volentis. Brun.in d.tract.fol.16.col.ii. & propterea stante statuto,quòd frater excludat sororem, nō modò intelligitur de fratre vtriusque coniuncto, sed etiam de fratre consanguineo.Roman.in consi. ccccxi. Ias. in consil. lxvii. col.fin. volu.i.Brun.in d.tract. fol.70. multa in contrarium adducit.

Et statutum excludens matrem propter agnatos, nō excludit propter amitam.Corn.in cons.ccxxiiii. colum. ii.volumi.ii.

Et stante statuto,quòd stantibus successoribus masculis mater excludatur,nec frater vterinus nec auus maternus,vel alius de linea matris excludentur. Bald. in l. maximum vitium.C.de liber. præteri. Brun. in d.tract. fol.65.col.i.in fi.& seq.

Et statutum excludens filias propter agnatos primi gradus,intelligitur de agnatis primi gradus respectu ipsius filiæ.Curt.in cons.vi.col.4.

Et si statutū excludit matrē propter hæredes masculos,intelligitur de filiis, vel nepotibus ex filiis. Paul. de Cast.in cons.98.Brun.in d.tract.fol.70.colum.3.Et si fœminæ excludantur per proximiores ex parte matris,nō excluditur mater.Brun.ibid.fol.70.colum.4.An intelligatur de fratre patrueli.Brun.citato loco col. lxv.col.4.

Et

Et ſtante ſtatuto, q̃ ſoror excludat matrem, intelligitur etiam ſi ſit conſanguinea tantùm. Corn. in conſil. cclxxix.vol.4.ſed non comprehenditur frater vterinus. Brun.in d.tract.fol.69.col.iii.in fi.& ſeq. vbi limitat Pariſ.conſ.84.col.ii.& iii.vol.iii.& idem in patruo dicit Maria.Iun.conſ.i.col.xiii. Nec etiam tale ſtatutum extenditur reſpectu alterius ſucceſsionis, quæ non eſſet comprehenſa in ſtatuto. Et propterea ſtante ſtatuto, q̃ frater excludat ſororem à ſucceſsione fratris, non excludet illam à ſucceſsione ſororis, vt tenuit Curt.Iun.in conſil.ix.col.i.& ſeq.

Contrarium tamen præſupponitur ex dictis ſuprà in capite incluſiuo, dum declaratur dictum Iaco.de Aren. in ſua diſput.quam refert,& ſequitur Io.And.in addit. ad Spec.in tit.de ſucceſſ.ab inteſt. Bal.in l.ſcimus, in fin. prin.C.de inoffic.teſta.

Adde ea omnia quæ habentur in lxxvii. memor. in vi.ampliat.

Et ſtante ſtatuto, quòd in bonis à matre prouentibus ſuccedat ſoror vterina, in aliis agnat.an ſi ſoror vterina non ſit in rerum natura, agnati excludant amitam ab omnibus bonis pupilli. Brun.in dicto tracta. fol. 42. colum.iii.

Et an ſtatutum excludens à ſucceſsione aſcendentiũ, excludat à ſucceſsione matris? Maria.Iun conſ.iii.colum.i.& iiii.

Et ſtatutum excludens propter agnatos, non excludit propter amitam, idem Maria.conſ.xxx.col.iiii.

Et ſtatutum excludens deſcendentes ex fœminis, nõ excludet fratres vterinos. Grat.conſ.xix.col.i.

Et ſtatutum excludens filias propter maſculos, intelligitur, ſi maſculi ſint agnati. Maria.Iun.conſ.liii.col.ii. volum.ii.

Et ſtatutum excludens attinentes ex latere matris, an excludat nedum attinentes ex latere matris defuncti, ſed etiam volentis ſuccedere. Ruin.conſi.xv.col.vii. volum.iii.

Et ſtatutum excludens matrem, excludit etiam ſororem vterinam. idem Ruin. citato conſ. col. iii.

Et ſtatutum excludens matrem propter agnatos, nō excludit matrem propter amitam. Rui. ipſe conſil. xxii. col. 4. vol. 3.

Et ſi ſtatutum aliquem admittit ad excluſionē filiæ propter coniūctionem quám habet propter me, multo magis ego debeo filiam illam excludere. Ruin. conſ. 37. col. 4. vol. 3.

Et ſtatutum excludens ſororem à fratris ſucceſsione, nō propterea intelligitur filium excludere à ſucceſsione ſororis. idem Rui. conſ. 94. col. fi. vol. 3.

Libri ſecundi finis.



CONCLVSIONVM, REGVLARVM, ET Communium opinionum,


CELEBERRIMI IVRISCON. IACOBI PHILIPPI PORTII IMOLENSIS,

Liber Tertius.

CONCLVSIO I.

ARGVMENTVM.

Dominij tranſlationem per contractum non impediri.



ICVNT Doct. ꝙ non impeditur translatio dominij per cōtractum l.ſi quis ita.§.ea lex.ff.de verb.obl. l.ea lege, C.de condit.ob cauſ. niſi ſit reſeruatum in re ipſa diſtracta ius reale, vt eſt hypotheca. Ita Bar. cum quo alij * trāſeunt omnes in l.filiusfa.§.Diui. ff.de leg.i. Tiraq. de retract.fol.367. in fin.& ſequent.vbi etiam an poſsit retinere pro ſuo intereſſe tantum. Sed dubitatur, an

 ſuffi-

sufficiat ꝙ ista hypotheca sit generalis omnium bonorum, vel requiratur quòd sit specialis eius rei, de cuius dominii translatione impedienda agitur. & quòd requiratur specialis, sensit Barto. in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de verb. oblig. vbi ponit exemplum in re specialiter obligata, & ita tenet ibi Imol. colum. iii. & ibi etiam hoc tenet Aret. idem sentit Bart. Imol. & Rom. in l. quòd absenti, §. i. ff. de acquiren. poss. Imol. in d. l. filiusfa. §. Diui, col. v. Bal. in d. l. ea lege. col. iii. Imol. & ibi Alexan. in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium. ff. solut. mat. Ias. in d. l. si quis ita. §. ea lege, col. ix. & in d. §. Diui, & in consil. ccxi. colum. v. volum. ii. vbi dicit istam * communem, idem Ias. in l. quotiens, col. vii. C. de rei vendi. Barbat. in cap. Raynaldus, de testa. in Ioannina in xii. & xc. col. Idem tenet Claud. in l. quod absenti, §. i. ff. de acquir. posses. & istam dicit communem Ferd. de Leaz. in d. §. Diui, col. lxiiii. Beltrand. in consi. cxci. ad fin. volu. i. & consil. iiii. colum. antepenult. vol. ii. & in consi. cxci. ad fi. volu. i. & in consi. iiii. colum. antepen. vol. ii. & in consi. clxxxv. & in consi. xv. colum. i. & in consi. cxliii. colum. fin. vol. i. & in consi. lxxxvi. volum. iii. decis. Neap. clxxxii. in nouis, vbi ex mente Ias. dicit istam communem. sentit hoc Bouer. in verbo mixta, de contract. sing. vi. & Ferrat. caut. xlviii. Rui. consi. ccxiiii. col. i. vol. i. & cons. cix. colum. iii. & viii. vol. iiii. vbi tenet istam opinionē expressè, & consil. cxii. col. i. & iii. eo. vol. & Beltran. consi. i. col. pen. vol. i. in antiquis.

Contrariam partem, ꝙ sufficiat hypotheca omnium bonorum, tenet Bar. in l. qui fundum, ff. loca. in l. i. §. qui autem, ff. de superfi. & in d. l. si filiofa. §. si vir in quinquēnium, ff. solut. matr. Pau. de Cast. in l. si merces. §. si fundum, ff. locat. Bald. Angel. Salic. in l. emptorem, C. locat. Abb. in cap. fin. ne prælati vices suas. Salicet. in l. mancipia, C. de reb. alie. non alien. Bald. in l. prima, in penult. colum. versic. pone maritus. C. de fruct. & lit. expen. Paul. de Cast. in dicta l. si quis ita, §. ea lege, ff. de verbor. obligat. Alexand. in l. qui absenti, §. primo. ff. de acquir.

quirend. possess. & in consil. cxviii. colum. fina. in v. volum. & in consil. lix. colum. ii. eod. volum. Bald. in consi. cccxciiii. volum. iii. Corn. in consi. cccxxi. colum. i. & sequen. & in consil. vi. volum. iiii. Cassa. in consuetud. fol. ccclxxviii. colum. ii. & sequent. Corset. in singu. in verbo pactum. Brun. in cons. lxvii. in secunda colum. Guid. Papæ quæst. cccclxxx. apostill. ad decis. Tholos. ccccxx. Idem quòd sufficiat generalis, tenet Guid. Papæ singu. 709. & Hippoly. cccxxi. Gozad. in consil. xxiiii. & consi. cx. colum. fina. Maria. Iun. consi. lxxviii. colum. ii. Grat. in consi, xcv. colum. prima. & sequen. volum. primo. vbi dicit istam * communem opinionem Marian. Iun. consil. cxviii. colum. fin. volum. secundo. & in consil. cxxix. colum. ii. eod. volum. Ruin. consil. clxxx. colum. penult. & sequen. volum. primo. vbi dicit istam communem opinionem. Et facit pro ista opin. nam Doct. dicunt, quòd satis est, quòd sit reseruatum ius reale, vt dicunt omnes in dicto §. Diui. per tex. in l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pign. & ponit Cassan. in consil. xi. colum. xix. hypotheca autem generalis reseruat ius reale, ergo sufficit generalis hypotheca.

Pro concordia opin. distinguit Leaz. in d. §. Diui, col. lxiiii. & seq.

Tenendo tamẽ primam opinionem, quæ videtur esse * magis communis. Limita primò, nisi interueniente iuramentum, quod habet vim expressionis specialis: ita tenet Io. Crot. in d. §. Diui, colum. xxxiii. Et an propter iuramentum de non alienando, impediatur translatio dominij in contractu. Cassan. in consuet. fol. ccclxxvii. colum. ii. & sequen: tenet quòd non. Ferrat. caut. xlviii. Grat. consi. xcv. colum. penult. vol. i. Marian. Iun. consil. cxxix. colum. ii. vol. ii. Ruin. consi. cxix. colum. iii. & viii. volum. iiii.

Secundò limita, quando ageretur de vna re particulari, non transferenda; secus si de omnibus bonis, quia tunc satis est deducere in hypothecam, omnia bona, & dicitur satis specialiter facta expressio hypo-


thecæ. ita Claud. in d. §. i. in l. qui absenti. ff. de acquiren. possess.

Tertiò limita, nisi cum generali hypotheca cócurrat precarium. decis. Neapolit. clxxxii. in secunda dubita. in nouis.

CONCLVSIO II.

ARGVMENTVM.

Iuramentum vim specialis expresſionis habet.



VRAMENTVM habet vim specialis expresſionis, ita tenet Bal. in l. i. col. ii. versi. secundò. C. commod. sequitur Rom. in l. i. §. si quis ita, col. x. ff. de verb. obli. Alex. in l. sciendum, col. 8. eo. tit. & in cons. 133. col. pe. ver. & eò fortius. vol. v. Imol. in c. i. col. xi. commod. And. Bar. in apostil. ad Bald. in c. i. de contro. apud pares terminand. Imol. in c. cum contingat, col. lxiii. de iureiu. Bauer. in tract. de virt. iura. Io. Crot. in l. filiusfa. §. diui, col. xxxiii. ff. de leg. i. Ias. in §. item si quis, col. ii. Inst. de act. Cur. Iun. in cons. xlix. col. fi. Dec. in cós. 345. col. ii. nu. 4. ver. & ista opi. Alex. in cons. xci. col. fi. vol. 3. & in cons. cxxxiii. col. pe. vol. v. Guid. Pap. cons. cxxviii. Venaf. in cons. xii. Cassan. in cons. iii. & in consuetu. fol. 287. col. i. in fin. Rip. in v. respons. in iii. lib. Gomes. in §. item si quis postulante, col. vi. Instit. de act. Tiraq. de ll. connub. fol. 233. in fi. & seq. Gozad. in cons. xxvii. col. ii. & in cons. lxix. col. iii. & in cons. lxxxvii. col. iii. & in cós. lxxxviii. col. pen. Hispan. in c. per vestras, char. 90. col. i. de donat. inter vir. & vxo. Maria. Iun. cons. cxxvi. col. fi. & pro ista opin. facit, nam vbi in primo testamento est apposita clausula derogatoria ad sequens, oportet ꝙ de illa in secundo fiat specialis mentio, & tamen sufficit, ꝙ secundum sit iuratum. Bald. in l. sancimus, col. fin. C. de testam.

teſtamen.& ibi ſequuntur moderni.

Contrarium Bar.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum,in fi. ff.ſi quis caut.& ibi Bal.col.fi.& Ang.item col.fin.Alex. in conſ.xviii.col.fi.vol.i.& in conſ.xxxi.col.pen.volu.ii. Io.And.in c.i.col.fi.commod.Abb.col.fi. & ibi Anto.de But.& Pet.de Anch.Bal.in c.i.de controuerſ. apud par. termin.Soc.in conſ.lxx.col.fi.vol.iii.& ciii. col.ii.vol.iii. Iaſ.in d.§.quęſitum.col.fi.in l.ſed & ſi quis,& ponit idē Iaſ.in conſ.clxxiii.col.pen.& ſeq.vol.ii. ex mente Bald. idem ſentit in l.ſi procurator, col.i.in ii. amplia. ff.de cō dit indeb.& voluit clarè loquens Curt. Iun.in conſ.76. col.vii.Grat.in conſ.xviii.col.ii.vol.i. Gram. deciſ.lvii. nu.27.Poteſt pro concordia opin.dici, ꝙ aut deficit con ſenſus,& propterea diſpoſitio generalis non operatur, & tunc etiā iuramento accedente non operatur. ita declarat Sal.in l.i.C.commo. & ſequitur Alex.in conſ.18. col.fi.vol.i.& in conſ.xxxi.col.pe.vol.ii.idem voluit Io. And.& Abb.in d.c.i.vbi etiam Anto.de But.& Petr.de Anch.Alex.in l.i.§.ſi quis ita,col.iii. ff.de verb.oblig. & in conſ.94.col.fi.vol.4.Pariſ.in conſ.xx.col.fi.vol.i.& in conſ.cx.col.v.eod.volu. & in conſ.xii.col.xi. vol.ii.& in conſ. xlix. colum.vi.& ſeq.vol.iii. Grat. in conſ. cxiiii. col.fi. vol.ii.Rui.conſ.vi.colum.fin.vol.ii. Boer.deciſ.iii. num.7.& 8.

Secus,ſi conſenſus non deficit, quia iuramentum ſup plet,& ita procedit prima opin.& Bauer. in tract.de vir tu.iuram.col.ii.& ſeq.& vide omnino Beltrand. declarantem in conſ.xxviii.col.ii.& ſeq.& in conſ.lxiii.col.fi. vol.i.& in conſ.lxviii.col.pen. volu.ii. & in conſ.lxxiiii. col.iiii.& ſeq.

Limita primam opinionem vt per Maria.Iun.conſi. cxxix.colum.fin.

CONCLVSIO III.

ARGVMENTVM.

Legitimationis in priuilegio an pater mentionem de agnatis facere teneatur.



N pater faciens legitimari filium suum. debeat facere mentionem in priuilegio legitimationis, quòd extant agnati, qui lædi possunt ex ipso actu legitimationis. Paul.de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tantum,col.pen.ver.sed aduerte.ff.de liber. & posth.tenet, ꝙ non.Soc.ibidem colum.viii.versic. quarta conclusio. vbi dicit istud * communiter teneri per Doct. Feder. de Senis in consil.lvii. Bald. in consi.lvi, colum.ii. & in consi.cv.vol.v.Ias.in consil.lxviii.colum.iiii.volum.iii. & in consil.cx.colum.iii.volu.iiii. Galiaul. in dicto §. & quid si tantum,colum.antepenult. Nicol.de Vbald.in i. parte tract.succeſſ.ab intest.colum.xxxiiii.Socin.in consil.xcv.colum.pen.vol.iiii.& in consil. xlvii. colum.viii. in fin.eod.vol.Deci.in consi.cccxciii. colum.antepenul. in fin.Cassa.in consuet.fol.cccviii.colum.iii.in fin.& seq. Paris.in cons.xiii.vol.ii. Maria. Iun.cons.cxlii.colum.ii. in fin.& seq.Boerius decis.cxxii.Præposi.in c.per venerabilem.§.quod autem,col.xx.versi. sed cum legitimatio.qui fil.sint legit.

Contrarium, quòd sit faciēda mentio agnatorum in patris legitimatione,hoc tenet Anto.de But,in d.c.per venerabilem,Paul.de Ca.in consi.clxxx.incip.super eo qui primo loco quæritur,colum.iii.Rosel.in tract.legit. Soc.in consil.ccli. col.xi. versic.corroboratur præmissa. Alex.in consil.xxv.colum.iii.& in consi.lxvii.col.v.volu.i.Pet.de Anchar.sentit in consil.cccxx. colum. fina. Curt.Sen.in consi.xxxv.col.ix.& in consil.xix. col.iiii. in fin.

in fin. Capio tertium quæsitum. Io. Crot. in vulg. l. Gallus. §. & quid si tantum, colum. xlii. ver. iii. limita. Barth. Cassa. in consuet. Burgund. fol. 293. col. iii. & seq. Maria. Iun. consi. cxlii. col. ii. in fi. & seq.

Pro concordia distingui posset, quòd aut quęritur, an si non sit facta mentio agnatorum valeat legitimatio, vt patri succedat, & dicendum est ꝙ sic, & ita procedat prima opin. Aut quòd posit succedere agnatis vel cognatis, & tunc, si non est facta mentio agnatorum vel cognatorum, nec ipsi agnati vel cognati legitimato, nec legitimatus ipsis succedere posit. Ista declaratio sumitur ex not. per Iacob. de Beluis. in §. i. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. Alexan. in cons. lxviii. col. iii. vol. i. Soc. in d. §. & quid si tantùm, col. viii. ver. iiii. & vlt. & in cons. xcv. col. ii. vol. 4. Dec. in cons. 393. col. antepen. & in cons. 307. in fi. & in cons. 367. col. ii. in fi. & seq.

Limita in legitimatione facta à comite palatino, in qua debet fieri mentio agnatorum. Paris. in cons. i. colum. viii. volu. i. Sed contrarium. col. xiii.

CONCLVSIO IIII.

ARGVMENTVM.

Compromissum non dicitur, nec quicquam operatur ante acceptationem.



ON est compromissum, nec operatur ante acceptationem, glo. in l. si cum dies. ff. de arbitr. & propterea non currit tempus, nisi à die acceptationis, vt ibi per Doct. Lanfran. in tract. de arbit. in prima parte col. v. Hippoly. in sing. 423.

Et instantia compromisi non currit à tempore compromisi, sed tempore litis contestatæ. Feli. in c. venerabilis, col. fi. de iud.

Limita,

Limita, nisi dictum sit, q compromissum duret per mensem ex nunc vel ab hodie inchoãdum, quia tunc tẽpus currit ante acceptationem. Soc. in cons. lxxxvii. col. j. volu. 4. pro quo facit quod not. Corn. in cons. 231. volu. iii. Alex. in cons. lvi. vol. vi. Caccial. in l. omnes populi, col. lxxxiii. ff. de iust. & iur. Aret. in cap. vltra tertiam, col. fi. de test. Bal. in l. i. col. ii. in fi. ff. si quis caut. Soc. in l. si in diem. ff. de condi. & demon. Philip. Franc. in c. super eo. el ij. col. v. de appel. Alex. in cons. lxxv. col. ii. Cæp. in cons. ciu. lxvii. facit quod not. Alex. in simili in cons. lxi. colum. i. in fi. volu. v. & facit in simili quod not. Felin. in c. cognoscentes. colum. vi. de consti. Guid. Pap. in cons. cclxx. Ruin. cons. xxvii. colum. 4. & cons. lj. col. j. volu. 4. Facit quod not. Felin. in c. eam te. col. xviii. de rescr. Tiraquel. de retract. fol. cix.

Contrarium videtur sumi ex dictis Corn. in consi. ccxlv. col. fi. vol. 4. & in cons. ccl. colum. i. eod. volu. Aret. in consi. xcv. colum. fina. Alexand. in cons. xxxv. colum. iii. volumi. 4. & in cons. cxlv. volumi. iii. Facit quod not. Staphil. de literis grat. & iust. charta 4. & 5. Ruin. consil. cliiii. colum. pen. & cons. lxiii. colum. prima volumi. v. Limita, vt id procedat quòad iudicem, sed quoad partes ipsas compromissum operatur, etiam ante secutam acceptationem, ita declarat Socin. in cons. xxxix. colum. 4. & seq. volumi. 4. Sed ista declaratio non videtur vera per glo. in d. l. si cum dies, in verbo compromiserunt, quæ exponit, compromittere voluerunt: & sic sentit, quòd ante acceptationem, etiam quòad partes non est compromissum. Idem voluit Alexan. in consil. lxxxvii. colum. fi. volu. v. & in consi. xxxiiii. col. fi. volu. i. Et facit quod dictum est in alio nostro memoriali, q secundum magis * communẽ opin. non impeditur cursus fatalium per compromissum ante acceptationem sequutam. Fulg. in cons. 168. Pet. de Anch. in cons. 284. Dec. in c. ex ratione, col. v. de appel. Lanfranc. in titu. de arbit. in q. xlix. in fin. Georg. Natta in clemen. sæpe, col. xxii. de verb. sig. Hippoly. in sing. 679.

Tertiò

Tertiò limita, nisi dictum sit, quòd duret vsque Pascha, secundum vnam opi. de qua vide Fel. in c. de causis, col.i. in fi. & seq. de offic. de leg.

CONCLVSIO V.

ARGVMENTVM.

Filia dotata exclusa à statuto, an computetur in numero filiorum, sic vt faciat partem in legitima, vel ne.

DVBITATVR, an filiæ exclusæ à statuto, quando sunt dotatę, vel exclusæ ob renunciationē propter dotē habitā, cōputentur in numero filiorū, ita ꝙ legitima masculi non censeatur totius hæreditatis portio, quasi sibi debeatur integra hæreditas, exclusis filiabus, sed cēseatur portio illius portionis, ac si filius masculus cū filiabus in successione cōcurreret. & hoc ēt est necessarium vt cognoscatur, an legitima sit triens, vel dimidia. quia, si sint plures filij, est dimidia, si numero pauciores, est triens. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & idē Bal. in l. vnica. §. in j. in ij. col. & seq. C. de caduc. toll. tenet ꝙ cōnumerentur filiæ exclusæ istis casibus, perinde ac si cū filiis masculis in successione cōcurrerent. in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. i. in l. duobus. ff. eod. tit. & in consi. 490. incip. Statuto cauetur, ꝙ filio teneantur. in 4. vol. & in cons. clxxvi. inci. Quidā nomine A. in iij. volu. & in cōs. xc. incip. Proponitur ꝙ Christiani, vol. 4. Bar. in l. j. §. pe. in 4. q. ff. de bon. poss. cont. tabul. Imol. in d. l. hmōi. §. si Titio circa fin. Aret. in l. vnica in vltimis verbis. C. quando non pet. part. in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. i. Curt. Sen. in cons. v. Socin. in cons. lxxvi. colum. iii. volumi. iii. Guid. Pap. decis. cccccxcix. in singu. 709. Ista opin. videtur * magis cōmunis, vt per Dec. in cons. 670.

col.

colum. fina. Istam tenuit consilium Neapolitanum. in decisio. clviii. in nouis. Marian. Iun. consi. xxv. colum. i. Istam etiam opi. sensit Sali. in d. l. vnica. §. in ij. col. ii. ver. aut ideo non admittitur, quia ius petendi. Cuma. in consil. cxiiii. col. pen. Corn. in cons. cl. colum. fin. volumi. i. saluat in vno casu. Paris. in consil. xxxvi. colum. ii. & sequen. volu. ii.

Contrarium, quòd personæ filiarum exclusarum nō considerantur, perinde ac si non esset in rerum natura, & legitima masculorum sit tantùm habito respectu ad masculos, & non ad fœminas exclusas deducta dote ipsarum tāquàm æs alienum. Ang. Imol. & Paul. de Cast. in d. l. plenè. §. si duobus. ff. de leg. i. Bal. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffic. testa. & ibi. Angel. & Fulg. & Ang. in d. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. Ang. in cons. cv. in fin. & in cons. ccc. Cuma. in cons. xxxv. vbi idem tenet in filia exclusa à statuto, licèt secus in filia renunciante. Idem tenet Alber. Brun. licèt nō se firmet in cons. xxx. col. fi. volu. 4. Corn. in cons. cxcix. volu. iii. Soc. in consil. cl. colum. xii. & in cons. lxxxiiii. colum. fin. Paul. de Cast. in cons. cclxxxvi. volu. i. in antepen col. & seq. in successione matris & non patris. Aret. in cons. xix. colum. pen. Paris. in cons. xxv. colum. vi. & seq. & in consi. xxxvi. colum. vi. volumi. ii. & in cons. 54. colum. ii. eod. volu. ii. & in consil. lv. colum. 4. volu. iii. vbi dicit istam * communem opin. Marian. Iun. dicit istam veriorem & communem, & declarat in consi. xxv. colum. iiii. & sequen. & cons. lxvii. colum. fi. volu. ii. & idem Angel. in authen. nouissima, in fin. C. de inoffic. testa. & in l. vnica. §. in j. in fin. C. de cadu. tol. Raph. Cuma. in d. l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. i. & ibi Paul. de Ca. Fulg. in cons. xvi. Iō. Anto. Alexan. in cons. clvi. col. ii. & seq. Soc. in cons. lxxxii. col. fi. volu. 4. Paul. de Cast. in consi. lii. in tip. super primo puncto. volu. i. & Corn. in consi. cccxiii. colu. i. volumi. i. Guid. Pap. in cons. xcvi. & in cons. dviii. Soc. in cōs. cliii. col. pe. Dec. in cons. ccxcix. colum. i. Ioan. Crot. in l. re coniuncti, col. xlvi. ff. de leg. iii. Afflict.

super

ſuper conſt.fol.296.col.ii.Brun.in tract quòd ſtant. maſcu.fol.73.col.i.& ſeq. vbi dicit iſtam communem. Ruin. in conſ.xxiiii.col.ii.volu.i.& in conſi.lii.col.v.volu.ii.dicit,quòd eo caſu in quo filiæ dotatæ ſunt excluſe,etiam à ſupplemento legitimæ, iſta pars eſt verior * & magis communis,& in conſ.xl.col.iii.vol.iii.& conſ.clij.col.i.& ſeq.vol. viii.vbi dicit communem.

Limita iſtam ſecundam opin.vt per Brun.in d.tract. quòd ſtant.maſc.fol.74.col.i.& ſeq.

Tertia verò opin.eſt, quòd filiæ excluſæ computãtur in numero filiorũ,& faciũt partẽ. Sed iſtud quod eis debetur ratione legitimæ vltra dotẽ accreſcit filiis maſculis. Bal.qui loquitur in filia renũciante in d.auth. nouiſſima,col.ii.C.de inoffic.teſta.Paul.de Caſt.in conſ.181. in j.vol.Cuma.in conſ.xlv.in fin.Bald.in l. ſi patruus, in princ.C.de ſuis & leg.Corn.in conſ.cxcvii.col.ii.volu.i. Bald. in l. vnica.in viii.colũ.in vi.q.C. quando non pet. part.licèt non ita clarè,ſed clarius Rom.ibi in fi.& non proficiat alijs,vt per Alex.in conſ.cxcvij.vol.vi.

Quarta fuit opi.Soc.diſtinguentis; quòd aut ſtatutũ ſimpliciter non excludit,ſed mandat dotari, & tunc filia non habetur in conſideratione, perinde ac ſi non eſſet in rerum natura.Sed ſi filia excludatur, non ſimpliciter per ſtatutum,ſed ita demum, ſi ſit dotata, & tunc facit partem,& habetur ac ſi ſuccederet.

Quinta fuit opi. Io.Ant.Alexã. in conſ.cxxii.qui diſtinguebat,quòd ſi fauorabile eſſet maſculis filiam computari,perinde ac ſi integraliter ſuccederet,& computãtur in numero filiorum cum maſculis. Si verò hoc eſſet incommodum filiorum,non computaretur. Eandem diſtinctionem ſequitur Pariſ.in conſ.liii.colum.xi. vol.iii. Deci.in conſi.607.col.fin.dicit,quòd prima vel ſecunda opi.poteſt teneri,& non poteſt reprehẽdi, qui vnam vel alteram amplectitur.vide Ruin.diſtinguentem in conſ. xxxvi.col.vii.vol.iii.& conſ.cxviii.col.viii.& ſeq.

CON-

CONCLVSIO VI.

ARGVMENTVM.

Filia vnius fratris an sit de communi patrimonio dotanda, si fratres omnium bonorum sint consocij.

404.



VOD filia vnius fratris nõ sit dotanda de communi patrimonio, ẽt si fratres sint socii omniũ bonorũ, nisi inter eos super hoc interuenerit specialis conuentio, sentit gl. in l. si socius pro filia, in verbo non soluta. ff. pro soc. Spec. in tit. de iudic. §. Restat videre, ver. quid si vnus ex fratribus. Pet. de Anch. in cons. 303. col. fi. Alexan. in cõs. xlviii. col. ii. vol. ii. Bal. in auth. ex testamẽto. col. fi. C. de collat. Rom. in cons. cxlv. idẽ Alber. & Fulg. in d. l. si socius pro filia. Alber. in l. si duobus. §. si fratres. ff. pro soc. Bal. in l. fi. col. fin. nu. 14. C. de dot. promis. Io. Pet. de Ferra. in pract. in libell. In causa societatis, in verbo vndecunque quęsita. Alex. in cons. cxxxiii. col. i. & in cons. 154. vol. ii. & in cons. ciij. volu. 3. Capra in cons. x. col. fin. Paul. de Cast. in cons. xcvi. volu. ii. incip. Si dicta Cornelia. & in cons. xxii. col. i. vol. ii. in iii. dubio. Rom. & post eũ Ias. col. iiii. in auth. quod locũ. C. de col. Rom. in cons. cccxiii. in ij. dubio. Alexan. in consi. lxxxvi. in 4. lib. Bal. in cons. cv. incip. Quidam Antonius, circa fi. vol. iii. Soc. in cons. cxcii. colum. 4. & sequen. Petr. de Vbal. in tract. societat. in vi. parte in ix. q. Alexan. in consi. lxxvi. col. ii. & in cons. lxxii. col. ii. volu. 4. Cassan. in consuet. fol. cclvii. colum. iiii. Et istam dicit * communem Socin. in dicto consi. ccxci. colum. iii. Ioan. Crot. in l. si constante, colum. xxx. ff. solut. matr. Sylua nupt. fol. lxxvii. colum. iiij. Mantua in consi. clxxviii. colum. pen. in fin. & in cons. x. in ij. volu. nuper impresso. Aymo in consi. clix.

clix.col.ii.dicit istam opin.multos tenere.

Contrarium,quòd immo talis filia vnius fratris socij omnium bonorum etiam sine alia expressa conuentione sit dotanda de communi patrimonio,tenuit Bald. in dicta l.cùm duabus.§.si fratres. in secunda lectu. colum.prima.ff.pro soc.& in l. si societatem vniuersarum. ff.eod.titu.Paul.de Cast.in consi.ccciiii.incip.super primo in ij.volum. & in recollectis Florentinis in dicta l. si socius pro filia, & in dicta l. si societatem vniuersarum. Bald.in l.si patronus. C. communia vtriusque iudic. Socin.in cons.iiii.volu.iiii. Bald. in tractat. de duobus fratribus.colum.pen. in fin. Angel. in l. ex duobus. ff.de nego.gest. Anto. de But. in repertorio iuris ciuilis in verbo Socius.& in consi. vii. Corn.in cons. cclxxxv. col.fi.volu.i.Soc.in consil. ccxci. Dec.in consi. xxxiii. in secundo dubio,vbi dicit istam * communem opin. & in auth.quod locum,colum.pen.& fin.C. de coll. & in consil.lxviii.colum.ii. Corn. in cons.lii.colum. iii. Paul. de Cast.in cons.258.incip. Ad primum,vol.ii.Soc.in cons. v.volu.4.Alexand. in cons.lxx.colum.i.volu.v. Cassan. in consuet.fol.ccxxiiii.colum.4.Beltran. in cons. xxxix. colum.v.volumi.secundo. Ruin. cons. 101. colum.xvi. volu. primo.qui loquitur in dote promissa per vnum fratrem suum,latissimè in cons.clxiiii.colum.i. & seque. volumi.i.& cxxi.colum.i. volu. v. Et qualis debeat esse dos danda de communi vnicæ filiæ vnius fratris socij, & quid si habens vnicam filiam,promiserit maiorem dotem,quàm fuerit data filiabus alterius fratris socii, vide Ruin.cons.ciiii.colum.pen.& fina. volu.i. Concordando opin. dicebat Corn. quòd in sociis omnium bonorum durante societate dos debebat extrahi de communi patrimonio,ita procedat secunda opin. Sed ea soluta debet imputari in portione fratris, & ita procedat prima opin.ita declarat Corn.in consi.cclxxxv.colum.fin. volu.primo & in consi.lii.volu.iii.& in cons.lviii.colum. iii volu.iiii.

Tenendo primam opin. quæ videtur esse * magis com-

communẽ,limita,niſi frater ſciens paſſus fuerit fratrem dotare de cõi patrimonio filiam,& nõ contradixerit,ita declarat Paul.de Caſt.in conſ.ccxi.incip.Ad primum,in iii.dubio,vol.ii.Deci.in conſ.lxvi.col.fin. Soc. in conſ.v. col.pe.& fi.vol.iiii.Hippoly.in ſing.cccxliiii.Iaſ.in d.authen.ꝙ locum.col.4.C.de coll.Ioan.Crot.in d.l.ſi conſtante,col.xxx.Soc.in conſ.291.col.vi.


Contrarium tamen ſentit Paul. de Caſt. in conſ.96. incip.ſi dicta Cornelia.vol.ii.

Et quid de dote vxoris alterius fratris reſtituenda? vide Hippoly.ſing.336. Quid ſi fratres non ſint ſocii, ſed dotata ſit filia vnius fratris de bonis communibus, altero fratre ſciente, & non contradicente? Vide Ruin. conſ.clxxi. per totum vol.i.

CONCLVSIO VII.

ARGVMENTVM.

Compromiſſo impeditur fatalium curſus.



PER compromiſſum impeditur curſus fatalium,tex. eſt in auth. ſi tamen.C. de appel,in clem.quãdiu.eo.tit. Amplia, idem eſſe, ſi cauſa ſit commiſſa conſilio ſapientis.Rui.conſ.77.col.i.volu.v. Sed dubitatur,an iſtud procedat,etiam ante ſecutam acceptationẽ compromiſsi? & de iure ciuili tenuit Fulg. ꝙ non impeditur ante acceptationem, in conſ. clxxiii. Sed dubium maius videtur eſſe, quid attenta iuris canonici diſpoſitione,& quidem Fulgo.ibi tenet, quòd non requiratur acceptatio,& idem videtur voluiſſe Soc. in conſ. xxxix. colum.4.& ſeq.volu.4.

Contrarium tenuit Dec.in cap.ex ratione, colum.v. de appel.& pro iſta opin.facere videtur, quia Doct. voluerunt,quòd non modò ſit ſecuta acceptatio,ſed etiam

cauſa

causa cœperit agi coram arbitris. ita Pet. de Anch. in cō sil. 284. Lanfran. in tract. de arbit. in xlix. q. in fi. Georg. Natta in clem. sæpe, in prin. col. xxii. de verb. sign. Hippol. in sing. 679. vbi refert se ita obtinuisse in causa maximæ importantię. Et licet impediatur cursus fatalium, non tamen impeditur cursus decem dierum, qui dătur ad appellandum. Guid. Pap. q. cxv.

CONCLVSIO VIII.

ARGVMENTVM.

Hæres cōtra factum defuncti haudquaquàm venire potest.


